Adamo e vivis sublato, hominum tunc in terris degentium dominium Seth obtinuit: millesimo vero mundi conditi anno, Iared quadragesimo, ipsius Seth septingentesimo septuagesimo, ducenti ex eius stirpe egregori seducti descenderunt, et ex filiabus hominum sibi delegerunt uxores, nominatissimosque illos, de quibus scriptura loquitur, procrearunt Gigantes. At cum in adversa opinione nonnulli sint, pauca quaedam de his, tum ex Enoch primo, tum ex ipsius Mosis, ac denique ex coryphaei apostolorum Petri libris delibare decrevi.

Anno nongentesimo sexagesimo Maleleel genuit Iared.

Iared centum et sexaginta duobus annis natus, anno mundi vicesimo secundo supra millesimum et centesimum genuit Henoch.

Annus Iared millesimo mundi coaequus.

Ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν ἐγρηγόρων.

D Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ ἐγρήγοροι, καὶ ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, ἐκλεξώμεθα ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τῆς γῆς. καὶ εἶπε Σεμιαζᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν πρὸς αὐτούς, φοβοῦμαι μὴ οὐ θελήσητε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης. καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ πάντες καὶ εἶπον, ὀμόσωμεν ἅπαντες ὅρκῳ καὶ ἀναθεματίσωμεν ἀλλήλους τοῦ μὴ ἀποστρέψαι τὴν γνώμην ταύτην, μέχρις οὗ ἀποτελέσωμεν αὐτήν. τότε πάντες ὤμοσαν ὁμοῦ καὶ
P. 12 ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους. ἦσαν δὲ οὗτοι διακόσιοι οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰάρεδ εἰς τὴν κορυφὴν τοῦ Ἑρμονιεὶμ ὄρους καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ἑρμὼμ, καθότι ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων αὐτῶν·

α′ Σεμιαζᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν. ς′ Ῥαμιήλ.
β′ Ἀταρκούφ. ζ′ Σαμψίχ.
B γ′ Ἀρακιήλ η′ Ζακιήλ.
δ′ Χωβαβιήλ. θ′ Βαλκιήλ.
ε′ Ὁραμμαμή. ι′ Ἀζαλζήλ.

1. Ἐνὼχ] Cap. VII. p. 171. In libro Enoch sequor interpretationem Sylvestri de Sacy, quae addita est Laurencii editioni. 3. θυγατέραις A. 6. Σεμιαζᾶς] σεμιαζὰς A. 7. θελήσητε A, θελήσετε G. 11. ὤμοσαν Am. ὅμωσαν G. 13. τοῦ addidi ex A. 14. ἑρμὼμ A. Ερμὼν G. 14. ὤμοσαν καὶ ἀνεθ— Am. ὅμοσαν καὶ ἀναθ— G. 16. Σεμιαζᾶς] σεμιαζὰς A. Proxima nomina longe aliter scripta sunt in libro Enoch.

Ex libro primo Enoch, de egregoris.

Hominum vero in immensum crescente numero, puellae natae sunt illis speciosissimae, in quas exarserunt egregori, et earum amore capti in varios errores abducti sunt. Mutuis itaque sermonibus sese adhortantes „eligamus," inquiunt, „nobis uxores ex hominum terrae filiabus." Dixit autem princeps eorum Semiazas: „vereor ne hoc adimplere nolitis, et ego solus gravis huius peccati reus agar." Responderunt autem ei omnes, dixeruntque: „iusiurando firmemus cuncti propositum hocce nostrum, dirisque invicem devoveamus nos, a sententia, donec opere perficiatur, nusquam discessuros." Iuramento tunc devinxere se cuncti, maledictisque sibi invicem imprecati sunt. Erant autem hi numero ducenti, qui in diebus Iared in montis Ermonim verticem profecti sunt; Ermon autem montem dixerunt ex iusiurando, quo se invicem constrinxerunt et maledictis quibus se sponte subiecerunt. Haec porro sunt principum illorum nomina:

1. Semiazas universorum dux. 6. Ramiel.
2. Atarcuph. 7. Sampsich.
3. Araciel. 8. Zaciel.
4. Chobabiel. 9. Balciel.
5. Horammame. 10. Azalzel.

ια' Φαρμαρός.	ις' Σαρινᾶς.
ιβ' Ἀμαριήλ.	ιζ' Εὐμιήλ.
ιγ' Ἀναγημάς.	ιη' Τυριήλ. V. 10
ιδ' Θαυσαήλ.	ιθ' Ἰουμιήλ.
ιε' Σαμιήλ.	κ' Σαριήλ.

οὗτοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐν τῷ χιλιοστῷ ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει τοῦ κόσμου ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας καὶ ἤρξαντο μιαίνεσθαι ἐν αὐταῖς ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ. καὶ ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία· πρῶτον γίγαντας μεγάλους. οἱ δὲ γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναφηλεὶμ, καὶ τοῖς Ναφηλεὶμ ἐγεννήθησαν Ἐλιούδ. καὶ ἦσαν αὐξανόμενοι κατὰ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν, καὶ ἐδίδαξαν ἑαυτοὺς καὶ τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν φαρμακείας καὶ ἐπαοιδίας. πρῶτος Ἀζαὴλ ὁ δέκατος τῶν ἀρχόντων ἐδίδαξε ποιεῖν μαχαίρας καὶ θώρακας καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικὸν καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶ, καὶ τὸν ἄργυρον. ἔδειξε δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ στίλβειν καὶ τὸ καλλωπίζειν καὶ τοὺς ἐκλέκτους λίθους καὶ τὰ βαφικά. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν καὶ παρέβησαν καὶ ἐπλάνησαν τοὺς ἁγίους, καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἠφάνισαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. ἔτι δὲ καὶ ὁ πρώταρχος αὐτῶν Σεμιαζᾶς ἐδίδαξεν εἶναι ὀργὰς κατὰ τοῦ

C (margin, line 1 of paragraph); D (margin, at "καὶ τὸ στίλβειν καὶ")

2. ὁ εὐμιήλ A. 3. ἀναγημάς A. Αναγημᾶς G. 10. Ναφηλεὶμ καὶ] ἀφηλεὶμ καὶ A. 13. Ἀζαὴλ] „Supra Ἀζαλζήλ." m. Ἀζαὴλ etiam p. 24. 25. In libro Enoch *Azasyel* dicitur. ἀρχόντων καὶ G. καὶ om. A. 21. καὶ ὁ A. καὶ ὁ δὲ G.

11. Pharmarus.	16. Sarinas.
12. Amariel.	17. Eumiel.
13. Anagemas.	18. Tyriel.
14. Thausaël.	19. Iumiel.
15. Samiel.	20. Sariel.

Isti caeterique cuncti acceperunt sibi uxores anno mundi millesimo centesimo septuagesimo, et ad diluvium usque in eas insanierunt; ex eis vero nati in tria genera sunt divisi, quorum primum Gigantes, homines proceri. Gigantes autem Naphelim procreaverunt, ex Naphelim porro Eliudaei orti sunt. Caeterum iuxta corporis eorum molem auctus est quoque numerus, ac sese uxoresque suas veneficia et incantationes mutuo docuerunt. Primus Azaël in ordine principum decimus, qui gladios, thoracas, et omne bellicum instrumentum, et terrae metalla conflare, aurum quoque et argentum qua tractarent arte muliebrem mundum composituri, adinvenit; qua polirent etiam, et electis lapidibus nitorem adiicerent, et colores fucarent, instruxit. Ista sibi filiabusque suis comparaverunt filii hominum, et violato dei mandato sanctos in errorem impulerunt, ac tandem perversis iustitiae semitis ingens terram universam pervagata est impietas. Animo insuper odia fovere, et herbarum radicibus aliis damna parare Semiazas eorum dux

νοὸς, καὶ ῥίζας βοτανῶν τῆς γῆς. ὁ δὲ ἑνδέκατος Φαρμαρὸς ἐδίδαξε φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια. ὁ ἔνατος ἐδίδαξεν ἀστροσκοπίαν. ὁ δὲ τέταρτος ἐδίδαξεν ἀστρο-
P. 13 λογίαν. ὁ δὲ ὄγδοος ἐδίδαξεν ἀεροσκοπίαν. ὁ δὲ τρίτος ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῆς γῆς. ὁ δὲ ἕβδομος ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τοῦ ἡλίου. ὁ δὲ εἰκοστὸς ἐδίδαξε τὰ σημεῖα τῆς σελήνης. πάντες οὗτοι ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ μυστήρια ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν. μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι ἐλαττοῦσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ δὲ λοιποὶ ἐβόησαν εἰς τὸν οὐρανὸν περὶ τῆς κακώσεως αὐτῶν λέγοντες εἰσενεχθῆναι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου. καὶ ἀκούσαντες οἱ τέσσαρες μεγάλοι ἀρχάγγελοι Μιχαὴλ καὶ Οὐριὴλ καὶ Ῥαφαὴλ καὶ Γαβριὴλ παρέκυψαν ἐπὶ τὴν γῆν ἐκ τῶν ἁγίων τοῦ οὐρανοῦ· καὶ θεασάμενοι αἷμα πολὺ ἐκ-
B κεχυμένον ἐπὶ τῆς γῆς καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀνομίαν γενομένην ἐπ' αὐτῆς, εἰσελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους ὅτι τὰ πνεύματα καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων στενάζουσιν ἐντυγχάνοντα καὶ λέγοντα ὅτι εἰσαγάγετε τὴν κρίσιν ἡμῶν πρὸς τὸν ὕψιστον, καὶ τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν ἐνώπιον τῆς δόξης τῆς μεγαλωσύνης, ἐνώπιον τοῦ κυρίου τῶν κυρίων πάντων τῇ μεγαλωσύνῃ. καὶ εἶπον τῷ κυρίῳ τῶν αἰώνων, σὺ εἶ ὁ θεὸς τῶν θεῶν καὶ κύριος τῶν κυρίων καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ θεὸς τῶν αἰώνων, καὶ ὁ θρό-

8. ἔνατος] ἔννατος G. ἀστροσκοπίαν m. ἀστροκοπίαν G. 8. ταῦτα add. A. 10. Conf. p. 24 b. 13. παρέκυψαν] Legebatur καὶ παρέκυψαν. Conf. p. 24 c. 14. ἐκκεχυμένον m. ἐκκεχυμμένον G. 16. ἐπ' αὐτῆς add. A. 18. πρὸς τὸν A. πρὸς G. 19 et 20. μεγαλωσ— A. μεγαλοσ— G. 22. καὶ θεὸς A. καὶ ὁ θεὸς G. αἰώνων] ἀνθρώπων p. 24 c. ὁ θρόνος A. ὁ om. G.

aperuit: Pharmarus, princeps undecimus, veneficia, incantationes, praestigias, et incantationum impedimenta; nonus, astrorum cursus; quartus, astrologiam; octavus, aëris inspectionem; tertius, terrae; septimus, solis; vicesimus, lunae signa exposuit; singuli denique arcana haec uxoribus filiisque suis revelare, Gigantesque postmodum carnes humanas vocare coeperunt. Hinc hominum numerus minor in dies fieri, ac paene deficere visus: tum reliqui quique tantae nequitiae pertaesi vocem extulerunt in caelum, et sui memoriam ad dei conspectum deferri precati sunt. His auditis, quatuor archangeli magni, Michaël, Uriel, Raphaël et Gabriel, de sanctis caeli prospexerunt in terram: et viso plurimo sanguine super terram effuso, et universa impietate et iniquitate cognita, regressi dixerunt ad invicem: spiritus et animae hominum suspirant dicentes, iudicium internecionemque nostram ad gloriam maiestatis, ad dominorum omnium dominum in maiestate, deferte. Et dixerunt domino saeculorum: „Tu es deorum deus, et dominorum dominus, et regum rex, et saeculorum deus, et thro-

νος τῆς δόξης σου εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, καὶ τὸ ὄνομά σου ἅγιον καὶ εὐλογημένον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, καὶ C τὰ ἑξῆς. τότε ὁ ὕψιστος ἐκέλευσε τοῖς ἁγίοις ἀρχαγγέλοις, καὶ ἔδησαν τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν καὶ ἔβαλον αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἕως τῆς κρίσεως, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἐνὼχ μαρτυρεῖ.

Ὁ δὲ θεόπτης Μωϋσῆς ἐν τῇ Γενέσει φησὶ „καὶ ἐγένετο ἡνίκα ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ θυγατέρες ἐγεννήθησαν αὐτοῖς. ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο.” εἶτα „καὶ μετ᾽ ἐκεῖνο ὡς ἂν εἰσεπορεύοντο οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐγεννῶσαν ἑαυτοῖς, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ γίγαντες οἱ ἀπ᾽ αἰῶ- V. 11 νος, ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοὶ” καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ δὲ κορυφαῖος καὶ ἀπόστολος Πέτρος ἐν ἐπιστολῇ δευτέρᾳ D περὶ αὐτῶν οὕτω φησὶν, εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν κολαζομένους τηρεῖν, καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ᾽ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας.

Ταῦτά τοι πρὸς ὠφέλειαν τῶν βουλομένων ἐκ τῶν θείων γραφῶν παρατέθεικα. ἄξιον δὲ καὶ Ζωσίμου τοῦ Πανοπολίτου φιλοσόφου χρῆσίν τινα παραθέσθαι περὶ αὐτῶν ἐκ τῶν γεγραμ-

4. ἔβαλον m. ἔβαλλον G. 6. Μωϋσῆς] Genes. VI, 1. 8. δὲ add. A. 10. εἶτα καὶ A. εἶτα δὲ A. 12. ἦσαν οἱ A. οἱ om. G. 13. οἱ ὀνομαστοὶ A. οἱ om. G. 14. δευτέρᾳ] Cap. 2, 4. 15. οὕτω addidi ex A. 18. κατακλοισμὸν A. 20. τοι] Vulgo μοι.

nus gloriae tuae in omnes saeculorum generationes et nomen tuum sanctum et in omnia saecula benedictum: et quae deinceps. Tunc altissimus sanctis archangelis imperavit, et vinctos eorum antesignanos usque ad iudicium angeli detruserunt in abyssum, et quae sequuntur. Et haec quidem Enoch testatur.

Dei vero contemplator Moses scribit in Genesi: „cum coepissent homines multiplicari super terram, et filios procreassent, videntes filii dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant.” Consequenter vero: „postquam ingressi sunt filii dei ad filias hominum, illaeque genuerunt, visi sunt Gigantes, a saeculo viri famosi.” Et reliqua.

Porro coryphaeus et apostolus Petrus de iisdem epistola secunda dicit: „si enim deus angelis peccantibus non peperit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reservatos: et originali mundo non pepercit, sed octavum Noë iustitiae praeconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.”

Ex divinis scripturis haec in medium adduxi studiosorum gratia: caeterum operae quoque pretium est Zosimi Panopolitae philosophi, divino

μένων αὐτῷ πρὸς θεοσέβειαν ἐν τῷ ἐνάτῳ τῆς Ἰμοὺθ βίβλῳ, ἔχουσαν ὧδε „φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ ἤτοι βίβλοι, ὦ γύναι, ὅτι ἔστι τι δαιμόνων γένος ὃ χρῆται γυναιξίν. ἐμνημόνευσε δὲ P. 14 *καὶ Ἑρμῆς ἐν τοῖς φυσικοῖς, καὶ σχεδὸν ἅπας λόγος φανερὸς καὶ ἀπόκρυφος τοῦτο ἐμνημόνευσε. τοῦτο οὖν ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ θεῖαι γραφαί, ὅτι ἄγγελοί τινες ἐπεθύμησαν τῶν γυναικῶν καὶ κατελθόντες ἐδίδαξαν αὐτὰς πάντα τὰ τῆς φύσεως ἔργα, ὧν χάριν, φησί, προσκρούσαντες, ἔξω τοῦ οὐρανοῦ ἔμειναν, ὅτι πάντα τὰ πονηρὰ καὶ μηδὲν ὠφελοῦντα τὴν ψυχὴν ἐδίδαξαν τοὺς ἀνθρώπους. ἐξ αὐτῶν φάσκουσιν αἱ αὐταὶ γραφαὶ καὶ τοὺς γίγαντας γεγενῆσθαι. ἔστιν οὖν αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις Χημεῦ περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. ἐκάλεσε δὲ ταύτην τὴν βίβλον Χημεῦ, ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη χημεία καλεῖται" καὶ τὰ ἑξῆς.*

B *Τούτων οὕτως ἐχόντων περὶ τῶν ἐκ τοῦ Σὴθ ἐγρηγόρων δέον γινώσκειν ὅτι παρὰ μὲν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ περὶ βασιλείας τῆς οἱασοῦν οὐ φέρεται· δῆλον γὰρ ὡς οἱ τοῦ γένους προπάτορες Ἀδάμ τε καὶ Σὴθ καὶ Ἐνὼς καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς ἐπισημότεροι, οὗτοι ἐξῆρχον τῶν πολλῶν ἕως τελείας κατακρατήσεως τῶν γιγάντων, οὓς νομίζομεν τυραννεῖν τῶν ἀσθενεστέρων ἀνθρώπων, οἵτινες οὐκ ἦσαν αὐτοῖς ὅμοιοι,*

1. *ἐνάτῳ*] *ἐννάτῳ* G. *Ἰμοὺθ*] *ἰμοῦθ* A. 4. *ἑρμῆς* A. *ὁ Ἑρμῆς* G. 5. *αἱ* addidi ex A. 7. *πάντα* add. A. 8. *φησὶν* A. *φασὶν* G. 11 et 12. *χημεῦ* A. *Χημᾶ* G. *βίβλον Χῦμα* m. 13. *ἔνθεν καὶ* A. *ἔνθεν δὲ* G. *χημεία*] *χυμεία* m. 14. *τούτων* A. *τούτων οὖν* G. 17. *τε καὶ* A. *τε* om. G. *ἐνῶς* A. 18. *τελείας καὶ* A. 19. *κατακρατήσεως* A. *καταρτήσεως* G. *νομίζομεν* m. *νομιζομένους* G.

cultui magis ac magis augendo, ex eiusdem scriptis libro Imuthi nono testimonium his verbis conceptum adiungere: referunt sacrae scripturae, hoc est libri, o mulier, daemonum genus quoddam esse in mulierum consuetudinem venire solitum: horum mentionem agit Mercurius in physicis, ac omne ferme tam certae quam obscurae auctoritatis volumen de illis nonnihil edisserit. Hoc itaque veteres et sacrae scripturae affirmant, angelos quosdam mulierum cupidine tactos, in terras dilapsos naturae opera eas edocuisse, propterea quod prava quaeque et inutilia eis revelassent, caelo extorres perpetuo exilio damnatos ferunt. Ex his Gigantes ortos eaedem scripturae testantur, primumque artium huiusmodi documentum est chemia: librumque hunc vocavit Chema, unde et chimiae nomen factum, et quae sequuntur.

His ita constitutis de egregoris e Seth stirpe oriundis, ante diluvium de nullo regno divinis in scpriturís exstare memoriam observandum. Constat enim primos humani generis autores Adam, Seth et Enos, aliosque ipsis coniunctos prae reliquis conspicuos ad stabilitum usque Gigantum supra caeteros imperium, potestatem obtinuisse; Gigantes vero in reliquos hominum corporis mole viribusque sibi impares usque

μέχρι τοῦ ἐπὶ Νῶε κατακλυσμοῦ, δι᾽ οὓς καὶ ἐφθάρη ἡ γῆ. ἐπειδὴ δὲ Βήρωσσος ὁ τῆς Χαλδαϊκῆς ἀρχαιολογίας συγγραφεὺς ἀκμάσας κατὰ τοὺς χρόνους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ὥς φησι, καὶ εὑρὼν ἐν Βαβυλῶνι πολλῶν ἀναγραφὰς φυλασσομέ- C νας ἐπιμελῶς, αἳ περιεῖχον ἐτῶν μυριάδας που δεκαπέντε καὶ μικρὸν πρὸς, ἱστορίας τινὰς περὶ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ θαλάσσης καὶ βασιλέων ἀρχαιότητος καὶ τῶν πράξεων αὐτῶν, περί τε θέσεως τῆς Βαβυλωνίας γῆς καὶ καρποφορίας αὐτῆς καὶ ζώων τινῶν ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης φανέντων παρὰ φύσιν τῷ εἴδει, καὶ ἄλλα τινὰ μυθώδη ταῦτα, κομπολογίᾳ τινὶ συνέγραψεν, ἅτινα πάντα κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον πλάσματα δαιμόνων εἶναι δοκεῖ, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι καὶ τούτων τὸν χρόνον ἐν κανονίῳ παραθέσθαι ἀπὸ τοῦ χιλιοστοῦ πεντηκοστοῦ ἐνάτου ἔτους τοῦ κόσμου ὄντα, καίπερ πληροφορούμενος ὅτι δοξάσαι θέλων τὸ τῶν D Χαλδαίων ἔθνος καὶ δεῖξαι πάντων τῶν ἐθνῶν ἀρχαιότερον ὁ Βήρωσσος καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὸν, ὁ Ἀλέξανδρος, φημὶ, ὁ Πολυΐστωρ λεγόμενος καὶ Ἀβυδηνὸς, ταῦτα γεγράφασι. τὸ γὰρ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένην πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ μᾶλλον ἀοίκητον ἡγεῖσθαι, ἐν ᾗ τῶν Βαβυλωνίων ἡ χώρα καὶ ἡ Αἴγυπτος κεῖται, καταλληλότερον εἶναι δοκεῖ ἔκ τε τῆς θείας γραφῆς καὶ ἔκ τινων V. 12

1. δι᾽ οὓς A. δι᾽ οὗ G. 2. Βήρωσσος] Vulgo Βηρωσσός. 3. ὥς φησι] Conf. p. 28 b. 5. μυριάδας] Vulgo μυριάδων. 9. φανέντων Niebuhrius. Vulgo θανέντων. Conf. p. 28 c. 29 a. 12. τούτων A. τοῦτον G. 13. ἐνάτου] Vulgo ἐννάτου, quod ubique correxi. 15. Βήρωσσος] Vulgo Βηρωσσὸς. 17. λεγόμενος om. G. Ἀβυδηνὸς m. Ἀβυδινὸς G. 19. ἐκείνης ἐν ᾗ m.

ad Noei diluvii, quo terra delata est, tempestatem, manifestam exercuisse tyrannidem aestimamus. At quoniam Berosus Chaldaicarum antiquitatum scriptor, qui, ut ipse refert, circa Alexandri Macedonis tempus floruit, plurium auctorum monumenta diligenter asservata, quae res gestas annorum myriadibus quindecim, et nonnihil amplius continerent, quasdamque de caelo, terra, mari, regum ac facinorum eorundem antiquitate, de Babylonicae terrae situ ac ubertate, de animalium quorumdam rubro mari enatorum forma praeter naturam usitata, ac de aliis quibusdam fabulosis narrationes continentia, quae quidem ordine compendioque conscripsit, se invenisse testatur (haec autem, ut verum fatear, daemonum figmenta sunt anilesque nugae). Propterea omnem temporis seriem ab hoc labente anno mundi millesimo quinquagesimo nono in laterculum referre ac coordinare necessarium duxi; nec enim me fugit Berosum ac eius sequaces, Alexandrum dico, cognomento Polyhistorem, et Abydenum, ceu Chaldaeorum gentem laudaturos, ac caeteris nationibus antiquiorem demonstraturos, haec scriptis consignare voluisse. Ea siquidem sententia, quae concessam nobis terrae portionem, paucioribus ante diluvium incolis refertam quam ea, in qua Babyloniorum regio ac Aegyptus sita est, existimat, divinae scripturae, paternis assertionibus, ac ipsi denique rerum connexae

πατρικῶν μαρτυριῶν καὶ τῆς φυσικῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας· καὶ ἐκ μὲν τῆς γραφῆς οὕτω λεγούσης „καὶ ἐξέβαλε τὸν P. 15 Ἀδάμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς". ἡ δὲ Βαβυλωνίων γῆ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη πᾶσα πόρρω που κεῖται τῆς κατ' ἀνατολὰς Ἐδέμ, ἔνθα τὸν παράδεισον κεῖσθαι φαμέν. καὶ ἵνα τῷ τοιούτῳ λόγῳ μάρτυρά τινα θεοφόρον διδάσκαλον παραστήσωμεν, παρέστω ἡμῖν ὁ θεῖος Ἐφραὶμ, ἡ ὠκεανόβρυτος γλῶσσα, φάσκων ἐν τοῖς εἰς τὸν παράδεισον δογματικοῖς αὐτοῦ λόγοις οὕτως „πάντων τῶν ὑψωμάτων τῶν ὡραίων ὑψηλότερος ὁ παράδεισος. ὁ δὲ κατακλυσμὸς πρὸς τὰ ἴχνη αὐτοῦ ἔφθασεν. οἱ δὲ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄν-
B θρωποι ἀνὰ μέσον τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τοῦ παραδείσου ᾤκησαν, ἡ δὲ γενεὰ τοῦ Κάϊν εἰς γῆν καλουμένην Ὀδ, ἥτις μεθερμηνεύεται τρέμουσα, οἱ δὲ τοῦ Σὴθ εἰς τὴν ὑψηλοτέραν ἐντεταλμένοι ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ μὴ συμμίγνυσθαι εἰς τὴν γενεὰν τοῦ Κάϊν τοῦ ἀδελφοκτόνου. ἦν δὲ ἡ γενεὰ αὐτοῦ χθαμαλοὶ τῇ ἡλικίᾳ διὰ τὴν κατάραν Κάϊν· οἱ δὲ τοῦ Σὴθ γίγαντες καὶ ὡς ἄγγελοι θεοῦ ἐν τῇ ὑψηλῇ χώρᾳ. ἐλθοῦσαι δὲ αἱ θυγατέρες τοῦ Κάϊν διὰ μουσικῶν αὐλῶν καὶ κινυρῶν κατήγαγον αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν, καὶ ἔσχον αὐτὰς, καὶ πληθυνθείσης τῆς ἀνομίας αὐτῶν γέγονεν
C ὁ κατακλυσμός. καὶ ἐξήγαγεν ὁ θεὸς τὴν κιβωτὸν Νῶε εἰς ὄρος

2. τῆς γραφῆς] Genes. III, 24. ἐξέβαλεν G. ἐξέβαλλεν A. 3. κατῴκησεν A. 5. κεῖται τῆς m. κεῖται ποῦ τῆς G. 6. θεοφόρον A. θεοφόρων G. 12. ᾤκησαν m. οἰκοῦσαν G. 13. Ὀδ] Ναΐδ m. 14. τρέμουσα] κατῴκει add. m. 15. συμμίγνοισθαι A. 18. θυγατέραις A.

seriei nulla non ex parte consonat; divinae quidem scripturae dicenti: „et eiecit Adam, et collocavit eum in regione paradisi voluptatis." Babyloniorum autem regio, vel ea quam habitamus terrae pars, ab Edem, orientali plaga, in qua paradisum exstare dicimus, non modico distat intervallo. Atque ut huius dicti deiferorum patrum testem aliquem producamus, prodeat nobis divinus Ephraim, lingua, inquam, illa pelago eloquentiae scaturiens, dogmaticis suis de paradiso sermonibus hoc pacto disserens. Amoenis omnibus locis excelsis paradisus elevatior: ad eius vero radices diluvii pertinuerunt aquae. Homines diluvio antiquiores inter paradisum et oceanum sedes habitationi commodas obtinebant; Cain autem soboles omnis terram Od, quae tremula exponitur, incolebat; Seth vero filii, ne cum Cain fratricidae progenie commiscerentur, in excelsiore terrae parte ab Adamo iussi sunt consistere. Erat autem omnis illa Cain progenies ob traductum cum sanguine a patre maledictum corporis mole brevior ac depressa forma, ex adverso vero filii Seth, ceu proceri Gigantes, et angeli dei, in excelsa morabantur regione. Porro filiae Cain ad eos profectae musicis tibiis, et cinyris illectos felici loco et excelsa regione deorsum egerunt, nupseruntque illis, crescenteque eorum nequitia factum est diluvium. Et eduxit dominus arcum Noë in montem Ararat, et ab eo tempore

Ἀραράτ. καὶ ἔκτοτε ᾤκησαν οἱ ἄνθρωποι εἰς τὴν γῆν ταύτην. τοῦτο δηλοῖ ὅτι ἡ νῦν οἰκοῦσα γῆ τότε ἀοίκητος ἦν. διὰ γὰρ τῆς εὐσπλαγχνίας τοῦ θεοῦ ᾤκησαν οἱ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ εἰς τὰ πλησίον τοῦ παραδείσου, ἀνὰ μέσον ὠκεανοῦ καὶ τοῦ παραδείσου. τὸ δὲ σκότος τὸ ἐξώτερον, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Χριστὸς, ἔσωθεν τοῦ παραδείσου ἐστίν· ὁ δὲ παράδεισος σὺν τῷ ὠκεανῷ τὸν κόσμον κυκλοῖ· ἡ δὲ Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς ἐστιν· οἱ δὲ φωστῆρες ἡλίου καὶ σελήνης ἔσωθεν τοῦ παραδείσου ἀνατέλλουσιν, ἔξωθεν δὲ δύνουσιν παρερχόμενοι δι᾽ αὐτοῦ" καὶ τὰ ἑξῆς.

Τοῖς μὲν οὖν εὐπειθέσιν ἀρκεῖν οἶμαι ταῦτα πρὸς πᾶσαν πληροφορίαν, ὅτι οἱ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄνθρωποι τὴν μεταξὺ D
ὠκεανοῦ καὶ τοῦ παραδείσου γῆν ᾤκουν, καὶ οὔτε Βαβυλὼν ἦν ἐπὶ τῆς γῆς οὔτε Χαλδαίων βασιλεία, ὡς τῷ Βηρώσσῳ καὶ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ δοκεῖ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν θείων γραφῶν, οὔτε Αἰγυπτίων δυναστεία, ὡς τῷ Μανεθῷ ψευδομένῳ καὶ μεγαλύνοντι τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἔθνος ἔδοξε γράφειν. εἰ δέ τις οὐκ ἀρκεῖται τοῖς προτεθεῖσι, τελείως πειθέσθω δι᾽ ὧν ὑποκατιὼν ὁ θεόπτης Μωϋσῆς ἐν τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν οὕτω φησὶ „Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἔναντι κυρίου. διὰ τοῦτο ἐροῦ- P. 16
σιν ὡς Νεβρὼδ γίγας καὶ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ

2. τῆς add. A. 3. ᾤκησαν m. οἰκοῦσαν G. 12. βαβυλῶν A. 13. βηρώσσῳ A. Βηρωσσῷ G. 17. προτεθεῖσι A. προστεθεῖσι G. 18. Μωϋσῆς] Genes. X, 8. 19. Χοὺς] Χοῦς G. νεβρώδ hic et infra ter A. Νεμβρώδ G. 20. ἦν A. ὁ G.

terram hanc homines incoluerunt. Ex quo colligitur terram hanc habitatam aliquamdiu prius incultam fuisse, cum ex dei tolerantia, iuxta paradisum, inter ipsum et oceanum homines moram trahere permitterentur. Exteriores vero tenebrae de quibus Christus loquutus, intra paradisum sunt: paradisus autem et oceanus mundum ambiunt: ad Orientalem plagam situm obtinet Edem: sol et luna gemina lumina ex paradiso oriuntur, ac eodem peragrato foras in occubitum tendunt, et quae deinceps.

Et mente quidem sanis haec abunde sufficere arbitror, ut ante diluvium inter oceanum et paradisum homines credantur terram incoluisse; ita tamen ut neque Babylon in terra, neque Chaldaeorum regnum, ut Beroso et eius discipulis ad evertendam scripturarum auctoritatem placet, neque Aegyptiorum principatus, ut a mendace et iactabundis buccis Aegyptiorum gentem Manetho extollente confictum est, extiterit. Haec tamen leviora, quam quae mereantur assensum, ratus aliquis convincetur abunde ex subiunctis, quae inspector dei Moses, recensita post diluvium rerum gestarum serie, hoc pacto commemorat: „Chus genuit Nembrod: ipse coepit esse Gigas in terra: ipse robustus erat venator coram domino. Ob hoc dicunt: quasi Nembrod Gigas. Fuit autem principium regni eius

Βαβυλὼν, Ὀρὲχ καὶ Ἀρχὰδ καὶ Χαλάνη ἐν τῇ γῇ Σενναάρ. ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ἐξῆλθεν Ἀσσοὺρ, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν Νινευὶ καὶ τὴν Ῥοβὼθ πόλιν καὶ τὴν Χαλάχ. αὕτη ἡ πόλις ἡ μεγάλη.” φανερὸν δὲ ἐκ τούτων ὅτι ἡ ἀρχὴ τῆς τῶν Βαβυλωνίων βασιλείας ἤτοι Χαλδαίων ἀπὸ Νεβρὼδ τοῦ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰς ἔτη ἑξακόσια τριάκοντα ἀκμάσαντος γέγονε. καὶ χρὴ πᾶσαν ἱστορίαν Χαλδαϊκὴν ἢ Αἰγυπτιακὴν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τῇ γραφῇ ἀπαγ-
B *γελλομένην μὴ ἀποδέχεσθαι τοὺς προσέχοντας ὀρθῶς ταῖς θείαις*
V. 18 *γραφαῖς, εἰ καί τινα περὶ κατακλυσμοῦ καὶ λάρνακος, ἤτοι κιβωτοῦ, κλέψαντες ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ἰδιοποιήσαντο, δι᾽ ὧν οἱ ἁπλούστεροι καὶ τοῖς λοιποῖς ληρήμασι προσέχοντες εὐχερῶς βλάπτονται, λέγω δὲ περὶ μυριάδων ἐτῶν διὰ σάρων καὶ νήρων καὶ σώσσων καταλεγομένων. ἐν οἷς καὶ περὶ ἀννιδοτίων φάσκουσι ζώων τινῶν ἰχθυομόρφων ἐν μέρει καὶ ἀνθρωπομόρφων, ἡμέρας μὲν ἐν τῇ γῇ διαιτωμένων καὶ μηδεμίαν τροφὴν προσφερομένων, νυκτὸς δὲ ἐν τῷ πελάγει καταδυνόντων, παραδιδόντων τε τοῖς ἀνθρώποις γράμματα καὶ μαθημάτων καὶ τεχνῶν ἐμπειρίας καὶ πόλεων συνοικισμοὺς καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις καὶ*
C *νόμων εἰσηγήσεις σπερμάτων τε συναγωγάς· καὶ ἀπὸ τότε φασὶ*

1. *βαβυλῶν* A. *ὀρὲχ* A. *Ορὰχ* G. 2. *Ασσοὺρ* m. *Ασοὺρ* G. *ἀσοῦρ* A. *νινευῆ* A. 3. *ῥοβῶθ* A. *Χαλάχ* Am. *Χαλάγ* G. Post *Χαλάχ* librarii culpa excidisse videntur *καὶ τὴν Δασὴ ἀνὰ μέσον Νινευὶ καὶ ἀνὰ μέσον Χαλάχ.* *ἡ μεγάλη*] *ἡ* delendum. 4. *τῆς τῶν* A. *τῆς* om. G. 7. *ἢ* A. *καὶ* G. 8. *προσέχοντας* m. *μὴ προσέχοντας* G. 12. *λέγω δὲ* A. *λέγοντες* G. *διὰ σάρων* m. *δι᾽ ἃς ἄρων* G. 13. *νήρων*] Scribebatur *νείρων*. *ἀννιδοτίων* A. *ἀννοδοτίων* G. 16. *καταδυνόντων* A. *καταδυόντων* G. 18. *συνφκισμοὺς* A. 19. *φασὶ*] *φησὶ* A. *τότε — χρόνους*] „Leg. *τοῦ τε — χρόνου.*” Anonymus.

Babylon, Orach et Archad et Chalane in terra Sennaar. De terra illa egressus est Assur et aedificavit Niniven et urbem Roboth et Chalach: haec est civitas magna.” Sane liquet ex his, Babyloniorum, sive mavis Chaldaeorum regni exordium a Nembrod, qui retro diluvium annis sexcentis et triginta floruit, ductum: et eos qui sacris scripturis ex aequo animum advertunt, Chaldaicam, sive Aegyptiam omnem historiam illis adversantem decet respuere: quamvis illi ex scripturis caelitus traditis de diluvio et arca suffurentur nonnulla, quibus animi simpliciores deliriis nonnunquam stupefacti laeduntur quam facile, ubi praestigiatores illi myriadas annorum Saris, Neiris, et Sossis conflatas comminiscuntur; in quibus et meras nugas evolvunt de annodotiis animalibus, qua piscium, qua hominum formam referentibus, de die nullo admisso cibo degentibus in terra, de nocte pelagi profundum subeuntibus, quorum ope litteras et disciplinarum artiumque experimenta, urbium habitandarum rationem, templorum aedificia, legum expositionem, seminum fructuumque colligendorum modum reliqui homines acceperint, quibus necdum adhuc tempus per annos metiendi

χρόνους μηδὲν παρὰ ἀνθρώποις ἐφευρεθῆναι. ἅτινα πάντα καὶ ἄλλα πλεῖστα πολλῆς ἀδολεσχίας γέμοντα ὁρῶντες καὶ ταῖς θείαις ἡμῶν γραφαῖς ἀνακόλουθα οἱ τὰς Χριστιανικὰς ἱστορίας συγγράψαντες, θαυμάζω πῶς κατεδέξαντο ὅλως κανονικῇ στοιχειώσει ὑποβαλεῖν ἀνάξια πάσης ὄντα μνήμης, οὓς κατ' ὄνομα λέγειν περισσὸν ἡγοῦμαι αἰδοῖ τῶν ἀνδρῶν, δι' οὓς ἀναγκάζομαι κἀγὼ τῇ αὐτῇ στοιχειώσει χρήσασθαι, ἵνα μὴ δόξῃ ἀτελὲς εἶναι τὸ πόνημα. τῆς οὖν Χαλδαϊκῆς ἀρχῆς ἀπὸ Νεβρὼδ ἀποδεδειγμένης συναποδέδεικται δηλονότι καὶ τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτιακῶν δυναστειῶν ὑπὸ Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλά- D
δελφον συγγεγραμμένα πλήρη ψεύδους καὶ κατὰ μίμησιν Βηρώσσου πεπλασμένα κατὰ τοὺς αὐτοὺς σχεδόν που χρόνους, ἢ μικρὸν ὕστερον· πλὴν καὶ αὐτὰ ἀνωφελῆ ὄντα στοιχειωθήσεται ἐκ τῶν παρὰ πολλοῖς ἱστορικοῖς κανονισθέντων.

Τῷ χιλιοστῷ πεντηκοστῷ ὀγδόῳ ἔτει τοῦ κόσμου οἱ ἐγρήγοροι κατῆλθον καὶ διήρκεσαν ἐν τῇ παραβάσει ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ.

Ὁ δεύτερος κύκλος τῶν πεντακοσίων τριάκοντα δύο ἐτῶν ἐπληρώθη, καὶ ἤρξατο ὁ τρίτος τῷ χιλιοστῷ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ ἔτει τοῦ κόσμου, διακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ τοῦ Μαλελεήλ. P. 17

Ὁ ἀκριβῶς ἐφιστάνων τοῖς ὑποκειμένοις δυσὶ κανονίοις αὐ-

9. καὶ τὰ περὶ A. καὶ περὶ G. 10. ὑπὸ A. ἀπὸ G. 11. βηρώσσου A. Βηρωσσοῦ G. 18. Ὁ δεύτερος κύκλος anonymus. Legebatur δύο κύκλους. δύο κύκλοι — ἐπληρώθησαν m.

usum fuisse communem constat: quae singula et alia plura nugis referta, et sacris scripturis penitus absona, ac ideo quae memorarentur indigna conspicatus, ab iis qui Canonicas historias conscripserunt, verae et probatae tractationi demiror inserta: quorum quidem nomina, viros reveritus, ad rem nostram pertinere non arbitror, quantumvis ne credatur opus imperfectum, eorum vestigiis inhaerere, et dispositione uti adstrictum me sentiam. Sane demonstratis imperii Chaldaici fundamentis a Nembrod primo positis, simul etiam quae a Manethone Sebennyta ad Ptolomaeum Philadelphum scripta mendaciis scaturire, et ad instar Berosi, eius nimirum aetate, vel tempore ab eo non admodum dissito conficta, statim percipias: illa tamen, quamvis nulli accessioni futura, quod a pluribus in historiae seriem relata, ex iisdem Historicis transsumpta sint, a nobis pariter suis reponentur locis.

Millesimo quinquagesimo octavo mundi anno descenderunt egregori; nec a violanda dei lege abstinuerunt, donec diluvio mundus periit.

Hucusque gemini quingentorum triginta duorum annorum circuli dignoscuntur evoluti: succedit tertius anno mundi millesimo sexagesimo quinto, Malelеel ducentesimo septuagesimo, renovandus.

Qui duabus tabulis infra locandis mentem attentius adiecerit, duorum

τόθεν ἕξει πᾶσαν πληροφορίαν ὅτι ἐπίπλαστός ἐστιν ἡ τούτων ἐπί-
νοια ἀμφοτέρων, ὡς προείρηται, τοῦ τε Βηρώσσου καὶ τοῦ
Μανεθῶ τὸ ἴδιον ἔθνος θέλοντος δοξάσαι, τοῦ μὲν τὸ τῶν Χαλ-
δαίων, τοῦ δὲ τὸ τῶν Αἰγυπτίων. θαυμαζέτω δὲ πῶς οὐκ
ᾐσχύνθησαν ἀφ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἀρχὴν θέσθαι ταῖς
τερατώδεσιν αὐτῶν συγγραφαῖς, ἀλλ' ὁ μὲν Βήρωσσος διὰ σά-
ρων καὶ νήρων καὶ σώσσων ἀνεγράψατο, ὧν ὁ μὲν σάρος τρισχι-
B λίων καὶ ἑξακοσίων ἐτῶν χρόνον σημαίνει, ὁ δὲ νῆρος ἐτῶν ἑξα-
κοσίων, ὁ δὲ σῶσσος ἑξήκοντα. καὶ συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι
διὰ βασιλέων δέκα, ἤτοι χρόνον ἐτῶν μυριάδων τεσσαράκοντα
τριῶν καὶ δύο χιλιάδων. ταῦτα δὲ ἔτη τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστο-
ρικῶν ἡμέρας ἐλογίσαντο στοχαστικῶς μεμψάμενοι τὸν Παμφί-
λου Εὐσέβιον, ὡς μὴ νοήσαντα τὰ ἔτη τῶν σάρων ἡμέρας. μά-
την δὲ αὐτὸν ἐν τούτῳ μέμφονται. πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν εἶχε νοῆ-
V. 14 σαι πολυμαθὴς ὢν καὶ εἰδὼς τὴν Ἑλληνικὴν δόξαν πολλοὺς αἰῶ-
νας ὁμολογοῦσαν, ἤτοι μυριάδας ἐτῶν παρεληλυθέναι ἀπὸ τῆς
C κοσμικῆς γενέσεως κατὰ τὴν παρ' αὐτοῖς μυθικὴν τοῦ ζωδιακοῦ
ἐπὶ τὰ ἐναντία κίνησιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κριοῦ καὶ πάλιν εἰς
αὐτὴν ἀποκατάστασιν; ποίαν δὲ αὐτοὶ ἀνάγκην εἶχον συμβιβάζειν
τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ;

2. βηρώσσου A. Βηρωσσοῦ G. 5. „Legendum μὴ θέσθαι: nam non statuunt. Vid. p. 34, 37." Anonymus. 6. Βήρωσσος] Vulgo Βηρωσσός. σάρων] ἀσάρων A. 8. χρόνον A. χρόνων G. 9. σῶσσος m. Σώσσων G.

istius modi scriptorum, quos memoravimus, commentitiam percipiet scriptionem, Berosi dico et Manethonis, illius Chaldaeorum, huius Aegyptiorum gentem propriam pro viribus extollere contendentis. Miretur porro lector etiam obvius, quod portentosis suis scriptis eundem annum principium commune statuere non sint reveriti: sed et Berosus Saris, Neris et Sossis annorum numerum composuerit, quorum quidem Sarus ter millium et sexcentorum, Nerus sexcentorum, Sossus annorum sexaginta spatium complectitur. Saros autem centum et viginti, decem regum aetate, hoc est myriadum quadraginta trium et duorum millium annorum collegit summam. Annos porro illos Historicorum nonnulli dies tantum coniiciunt, ex quo Eusebium Pamphili causati, qui Sarorum annos dies esse non animadvertit. Nullo tamen consilio inscitiae accusant. Qui namque quod non erat, vir alioquin eruditus, assereret? Vir ille, dico, qui Graecorum sententiam, plura saecula, annorumque portentosas myriadas ex fabulosa Zodiaci per partes adversas in idem signum conversione, ab arietis, inquam, termino ad eandem metam revolutione, iam a mundi natalibus praeteriisse asserentem probe dignosceret? Qua vero necessitate pressi mendacium veritati coacervare excogitaverunt?

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.

Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων μυθώδους χρονολογίας.

Αἰγύπτιοι μὲν οὖν ἐπὶ τὸ κομπωδέστερον χρόνων περιττὰς περιόδους καὶ μυριάδας ἐτῶν κατὰ θέσιν τινὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς D ἀστρολογουμένων ἐξέθεντο, ἃς τινες τῶν ταῦτα ἀκριβοῦν δοξάντων συστέλλοντες σεληνιαίους εἶπον ἐνιαυτούς, οὐδὲν ἔλαττον ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἀπονενευκότες συμπίπτουσι ταῖς ὀκτὼ καὶ ἐννέα χιλιάσιν ἐτῶν, ἃς Αἰγυπτίων οἱ παρὰ Πλάτωνι ἱερεῖς εἰς Σόλωνα καταριθμοῦντες οὐκ ἀληθεύουσιν. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· τὰ γὰρ Φοινίκων τρισμύρια ἔτη ἢ τὸν τῶν Χαλδαίων λῆρον, τὸ τῶν τεσσαράκοντα ὀκτὼ μυριάδων, τί δεῖ καὶ λέγειν; ἐκ τούτων γὰρ Ἰουδαῖοι τὸ ἀνέκαθεν γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀρξάμενοι ἀτυφότερόν τε καὶ ἀνθρωπίνως μετὰ τοῦ ἀληθοῦς διὰ τοῦ Μωϋσέως P. 18 πνεύματος διδαχθέντες, ἔκ τε τῶν λοιπῶν Ἑβραϊκῶν ἱστοριῶν, ἀριθμὸν ἐτῶν πεντακισχιλίων πεντακοσίων εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρίου λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν.

Χαλδαίων α' ἐβασίλευσεν Ἀλῶρος σάρους δέκα.

Χαλδαίων β' ἐβασίλευσεν Ἀλάσπαρος σάρους τρεῖς.

4. ἐπὶ τὸ Scaliger p. 8. ἐπὶ τῶν G. περιττὰς Scaliger. περὶ τὰς G. 5. κατὰ θέσιν Scaliger. κατάθεσιν G. 12. δεῖ καὶ A. καὶ om. G. 13. γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ τὸ ἀνέκαθεν· ἀρξάμενοι m. 14. Μωϋσέως] Μωσέως G.

EX AFRICANO.

De commentitia Aegyptiorum Chaldaeorumque Chronologia.

Aegyptii certe de suae aetatis antiquitate iactantius eloquuti, per annorum revolutiones et myriades prorogatam quandam seriem ex astrologicis experimentis statuerunt: quas quidem ii, qui se penitius inspexisse arbitrantur, contrahentes fabulis nihilo secius addicti, annos huiusmodi lunares putandos commenti sunt, et confictis octo vel novem annorum millenariis, quae Soloni velut auctori Aegyptiorum sacerdotes apud Platonem quondam adscripserunt, a veritate probavere se longe dissitos. Et quibusdam interiectis. A Phoenicibus pariter myriades annorum tres iactatas, Chaldaeorumque deliria, nec non quadraginta et octo alias myriades, quid memorare necesse est? A Chaldaeis enim per Abrahamum patrem orti Iudaei, vero Mosis spiritu imbuti, qua decet homines a fastu alienos, suique memores, modestia, ex relictis sibi Hebraeorum monumentis annorum quinquies millium et quingentorum numerum usque ad salutaris Verbi adventum sub Caesarum imperio mundo evulgatum posteris tradiderunt.

Chaldaeorum I. regnavit Alorus Saris decem.

Chaldaeorum II. regnavit Alasparus Saris tribus.

Χαλδαίων γ' ἐβασίλευσεν Ἀμηλὼν σάρους δεκατρεῖς.
B Χαλδαίων δ' ἐβασίλευσεν Ἀμενὼν σάρους δώδεκα.
Χαλδαίων ε' ἐβασίλευσε Μετάλαρος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
Χαλδαίων ϛ' ἐβασίλευσε Δάωνος ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα.
Χαλδαίων ζ' ἐβασίλευσεν Εὐεδώραχος σάρους ὀκτωκαίδεκα.
Χαλδαίων η' ἐβασίλευσεν Ἀμφὶς σάρους δέκα.
Χαλδαίων θ' ἐβασίλευσεν Ὀτιάρτης σάρους ὀκτώ.
C Χαλδαίων ι' ἐβασίλευσε Ξίσουθρος σάρους ὀκτωκαίδεκα.

Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἀρχαιολογίας.

Μανεθῶ ὁ Σεβεννύτης ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μιαρῶν ἱερῶν μετὰ Βήρωσσον γενόμενος ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γράφει τῷ αὐτῷ Πτολεμαίῳ ψευδηγορῶν καὶ αὐτὸς ὡς ὁ Βήρωσσος, περὶ δυναστειῶν ϛ', ἤτοι θεῶν τῶν μηδέποτε γεγονότων ζ',
D οἵ, φησὶ, διαγεγόνασιν ἐπὶ ἔτη ἀαϡπε'. ὧν πρῶτος, φησὶ, θεὸς
V. 15 Ἥφαιστος ἔτη ͵θ ἐβασίλευσε. ταῦτα τὰ ͵θ ἔτη πάλιν τινὲς τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶν ἀντὶ μηνῶν σεληνιακῶν λογισάμενοι καὶ μερίσαντες τὸ τῶν ἡμερῶν πλῆθος τῶν αὐτῶν ͵θ σεληνίων παρὰ τὰς τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ συνῆξαν ἔτη

1. ἀμηλῶν A. 2. ἀμενῶν A. 8. ξίξουθρος A. Ξιξούθρος G. Correxi Ξίσουθρος. ὀκτωκαίδεκα m addidit ex p. 30 b. 11. βήρωσσον A. Βηρωσσὸν G. 12. Βήρωσσος] Vulgo Βηρωσσός. 13. ϛ' A. ἑκκαίδεκα G. ζ' A. ἑπτὰ G. 14. ἀαϡπε' anonymus comparata p. 41 b. αϡπε' A. χίλια ἐννακόσια ὀγδοήκοντα πέντε G. 15. bis ͵θ A. ἐνναχισχίλια G. τὰ om. A. 17. ͵θ σεληνίων A. ἐνναχισχιλίων σελήνην G. 18. συνῆξαν m. συνήξας G.

Chaldaeorum III. regnavit Amelon Saris tredecim.
Chaldaeorum IV. regnavit Amenon Saris duodecim.
Chaldaeorum V. regnavit Metalarus Saris octodecim.
Chaldaeorum VI. regnavit Daonus annis nonaginta novem.
Chaldaeorum VII. regnavit Evedorachus Saris octodecim.
Chaldaeorum VIII. regnavit Amphis Saris decem.
Chaldaeorum IX. regnavit Otiartes Saris octo.
Chaldaeorum X. regnavit Xixuthrus Saris octodecim.

De Aegyptiorum antiquitate.

Manetho Sebennytes Beroso posterior, impurorum sacrorum in Aegypto pontifex tempore Ptolemaei Philadelphi, de sexdecim dynastiis, hoc est deis septem, qui nusquam extiterunt, contextis mendaciis ad eundem scribens: horum tempus, inquit, mille nongentos octoginta quinque annos exaequavit: quorum primus, ait, deus Vulcanus millibus novem regnavit. Istos nihilominus annos I X ∞. Historicorum nostrorum nonnulli lunarium mensium vice computantes, annorumque lunarium eorumdem ex lunae circulorum novem millibus conflatorum, per anni solaris trecentos sexaginta quinque dies multitudine distributa, annos septingentos viginti quatuor cum medio, additis etiam quatuor diebus, collegerunt: hacque via mirandum

ψκζ′ δ′, ξένον τι δοκοῦντες κατωρθωκέναι, γελοίων δὲ μᾶλλον εἰπεῖν ἄξιον τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ συμβιβάζοντες.

Πρώτη δυναστεία. P. 19

Αἰγυπτίων α′ ἐβασίλευσεν Ἥφαιστος ἔτη ψκδ′ ◡ δ′.
Αἰγυπτίων β′ ἐβασίλευσεν Ἥλιος Ἡφαίστου ἔτη π′ ς′.
Αἰγυπτίων γ′ ἐβασίλευσεν Ἀγαθοδαίμων ἔτη νς′ ◡ ιβ′.
Αἰγυπτίων δ′ ἐβασίλευσε Κρόνος ἔτη μ′ ◡.
Αἰγυπτίων ε′ ἐβασίλευσεν Ὄσιρις καὶ Ἶσις ἔτη λε′.
Αἰγυπτίων ς′ ἐβασίλευσεν ** ἔτη *
Αἰγυπτίων ζ′ ἐβασίλευσε Τύφων ἔτη κθ′. B
Αἰγυπτίων η′ ἐβασίλευσεν Ὧρος ἡμίθεος ἔτη κε′.
Αἰγυπτίων θ′ ἐβασίλευσεν Ἄρης ἡμίθεος ἔτη κγ′.
Αἰγυπτίων ι′ ἐβασίλευσεν Ἄνουβις ἡμίθεος ἔτη ιζ′.
Αἰγυπτίων ια′ ἐβασίλευσεν Ἡρακλῆς ἡμίθεος ἔτη ιε′.
Αἰγυπτίων ιβ′ ἐβασίλευσεν Ἀπόλλων ἡμίθεος ἔτη κε′.
Αἰγυπτίων ιγ′ ἐβασίλευσεν Ἀμμὼν ἡμίθεος ἔτη λ′. C
Αἰγυπτίων ιδ′ ἐβασίλευσε Τιθόης ἡμίθεος ἔτη κζ′.

1. ψκζ δ′ (h. e. 727¾) A. ἑπτακόσια εἴκοσι καὶ ἥμισυ καὶ τέσσαρας (τέσσαρα m.) ἡμέρας G. 3. πρώτη δυναστεία non hoc loco, sed post Ἥφαιστος habet A. 4. ψκδ′ ◡ δ′ (h. e. 724¾) A. ψκδ′ ἥμισυ καὶ τέσσαρας ἡμέρας G. 5. π′ ς′ (h. e. 80⅙) anonymus. πς′ G. 6. νς′ ◡ ιβ′ (h. e. 56 7/12) A. νς′ καὶ ἥμισυ καὶ δέκα ἡμέρας G. 7. μ′ ◡ A. μ′ καὶ ἥμισυ G. 9. Lacunarum indicia et ἔτη om. A. 11. Ὧρος m. Ὁρος G. 14. ἡρακλὴς A. 15. Ἀπόλλων] ἀπολῶ A. Ἀπολλῶ G. 16. ἀμμῶν A.

quippiam se constituisse rati, risu potius excipiendum mendacium veritati superstruxisse deprehensi sunt.

Prima Dynastia.

Aegyptiorum I. regnavit Vulcanus annis 724 cum medio et 4 diebus.
Aegyptiorum II. Sol, Vulcani filius, regnavit annis 86.
Aegyptiorum III. regnavit Agathodaemon annis 56 cum medio et 10 diebus.
Aegyptiorum IV. regnavit Saturnus annis 40 cum medio.
Aegyptiorum V. regnavit Osiris et Isis annis 35.
Aegyptiorum VI. regnavit * annis *
Aegyptiorum VII. regnavit Typhon annis 29.
Aegyptiorum VIII. regnavit Orus semideus annis 25.
Aegyptiorum IX. regnavit Mars semideus annis 23.
Aegyptiorum X. regnavit Anubis semideus annis 17.
Aegyptiorum XI. regnavit Hercules semideus annis 15.
Aegyptiorum XII. regnavit Apollo semideus annis 25.
Aegyptiorum XIII. regnavit Amon semideus annis 30.
Aegyptiorum XIV. regnavit Tithoes semideus annis 27.

Αἰγυπτίων ιε' ἐβασίλευσε Σῶσος ἡμίθεος ἔτη λβ'.
Αἰγυπτίων ις' ἐβασίλευσε Ζεὺς ἡμίθεος ἔτη κ'.

Γενέσεως κόσμου ἔτη καὶ ἐγρηγόρων παράβασις.

Τῷ χιλιοστῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ κόσμου D ἐγέννησεν Ἰάρεδ τὸν Ἐνώχ. Ἐνὼχ γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἐγέννησε τὸν Μαθουσάλα, τῷ χιλιοστῷ διακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ κόσμου. τῷ χιλιοστῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ κόσμου Σὴθ ἀπέθανε. τῷ χιλιοστῷ ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει τοῦ κόσμου οἱ ἐγρήγοροι φανερῶς ἐμοίχευσαν.

Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐγρηγόρων.

Πλήθους ἀνθρώπων γενομένου ἐπὶ τῆς γῆς ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ θυγατράσιν ἀνθρώπων συνῆλθον. ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ. μυθεύεται δὲ, ὡς οἶμαι, ἀπὸ τοῦ P. 20 Σὴθ, ὑπὸ τοῦ πνεύματος οἱ υἱοὶ θεοῦ προσαγορεύονται, διὰ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ γενεαλογουμένους δικαίους τε καὶ πατριάρχας ἄχρι τοῦ σωτῆρος. τοὺς δ' ἀπὸ Κάϊν ἀνθρώπων ἀποκαλεῖ σπο- V. 16 ρὰν, ὡς οὐδέ τι θεῖον ἐσχηκότας διὰ πονηρίαν γένους καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀνόμοιον, ἐπιμιχθέντων αὐτῶν, τὴν ἀγανάκτη-

5. Ἰάρεδ] Genes. V, 18. 9. ἑκατοστῷ addidi ex A. Vid. ad p. 11 b. 12. Πλήθους m. Πλῆθος G. 14. ὡς οἶμαι ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὅτι οἱ υἱοὶ θεοῦ ἀπὸ τοῦ Σὴθ προσαγορεύονται m. 17. ἀποκαλεῖ m. ἀποκαλεῖν G. 19. τὸ addidi ex A. εἰς ἀγανάκτησιν κινήσασθαι m.

Aegyptiorum xv. regnavit Sosus semideus annis 32.
Aegyptiorum xvi. regnavit Iupiter annis 20.

Creationis mundi anni et egregororum transgressio.

Millesimo centesimo vicesimo secundo mundi anno Iared genuit Enoch. Enoch centum sexaginta quinque annos natus, genuit Mathusala millesimo ducentesimo octogesimo septimo mundi anno. At millesimo quadragesimo secundo mundi anno Seth obiit. Millesimo septuagesimo septimo mundi anno egregori palam adulterati sunt.

Ex Africano de egregoris.

Aucta super terram hominum multitudine angeli caeli filiabus hominum commixti sunt: in quibusdam exemplaribus legi, „filii dei." Indicat, ut reor, spiritus sanctus a Seth patre dei filios vocari, ob enatos ex eius stirpe usque ad salvatorem iustos et patriarchas: Cain vero progeniem, ceu nil divinum referentem, ob generis pravitatem ac confusae naturae dissimilitudinem, hominum semen appellat: eisdemque indignationis suae signa deum inflixisse narrat. At si de angelis sermonem fieri sentiamus, magiis

σιν ποιήσασθαι τὸν θεόν. εἰ δὲ ἐπ' ἀγγέλων νοοῖτο ἔχειν τούτους, τῶν περὶ μαγείας καὶ γοητείας, ἔτι δὲ ἀριθμῶν κινήσεως, τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι, ἀφ' ὧν ἐποιήσαντο παῖδας τοὺς γίγαντας, δι' οὓς τῆς κακίας ἐπιγενομένης ἔγνω πᾶν ἀφανίσαι ζώων γένος ὁ θεὸς ἐν κατακλυσμῷ ἄπιστον.

Τῷ χιλιοστῷ διακοσιοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει ἐγέννησεν B Ἐνὼχ τὸν Μαθουσάλα. Μαθουσάλα γενόμενος ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Λάμεχ.

Τῷ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου, τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων τῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει αὐτοῦ Μαθουσάλα φέρουσι τὴν γέννησιν Λάμεχ· οἷς καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας τῷ δισχιλιοστῷ διακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ κόσμου τὸν ἐπὶ Νῶε καταλυσμὸν ἐστοιχείωσεν, ὅπερ οὐ δοκεῖ ἡμῖν ὑγιῶς ἔχειν. δοκεῖ δέ μοι ὁ Ἀφρικανὸς τῷ ͵βσξβ' ἔτει τοῦ κόσμου τὸν κατακλυσμὸν στοιχειῶσαι διὰ τὸ τοὺς ἐνναkοσίους ἑξήκοντα ἐννέα χρόνους τῆς ζωῆς C Μαθουσάλα ἀρχομένους ἀπὸ τοῦ ͵ασπζ' ἔτους τοῦ κόσμου λήγειν εἰς τὸ ͵βσνς' ἔτος τοῦ κόσμου ἐντὸς τῶν ͵βσξβ' ἐτῶν.

Ὁ δὲ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησὶν ὅτι τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμὸν ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἀριθμὸς παρίστησιν. εἴδομεν δέ τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχειν, ἐπέζησε δὲ ἔτη ψπβ'.

2. τῶν A. τοὺς G. ἐσχολακότας συνιέναι χρὴ οὓς τῶν ἄστρων κινήσεως, καὶ τῶν μετεώρων τὴν γνῶσιν ταῖς γυναιξὶ παραδεδωκέναι λέγει, ἀφ' ὧν m. ἔτι A. ἔτει G. 4. ἐποιήσαντο A. ἐποίησαν τοὺς G. 8. ὁ Ἐνὼχ G. ὁ om. A. 18. ͵ασπξ' A. 21. ὁ τῆς ζωῆς — οὐκ εἶδε τὸν κατακλυσμόν addidi ex margine A. Vide Eusebium p. 54. 56. ed. Mediol. et Georgium infra p. 114 a.

et praestigiis deditos accipi necesse est, qui astrorum et numerorum motum, rerumque sublimium, vel meteororum notitiam mulieribus tradiderunt, quorum congressu conceperunt illae Gigantes, a quibus scelerum omnium colluvie in universum orbem propagata, perfidum omne viventium genus diluvio perdere deus decrevit.

Millesimo ducentesimo octogesimo septimo anno Enoch genuit Mathusala. Mathusala centum sexaginta septem annos natus genuit Lamech.

Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto mundi anno, exemplarium vero quaedam in centesimum octogesimum septimum ipsius Mathusala Lamech ortum referunt, quibus Africanus assentitur. Bis millesimo ducentesimo sexagesimo secundo mundi anno Noeum diluvium adscripsit Africanus, cuius sanam esse sententiam non arbitramur. Eo vero 2262 mundi anno diluvium reponere videtur, quod nongenti sexaginta novem vitae Mathusala anni, anno mundi 1287 ducentes initium, finem vero anno mundi 2256 sortiti, intra 2262 annorum limites conclusi videantur.

Eusebius autem Mathusala annis 14 diluvium superasse scribit. Et

κατὰ τόνδε τρόπον οὐκ εἶδε τὸν κατακλυσμόν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐσέβιος· ὅπερ ἐάν τις ἀληθὲς εἶναι δῷ, εὑρεθήσεται ὁ Μαθουσάλα ἐννακοσίων τεσσαράκοντα ἐννέα ἐτῶν τελευτήσας, καὶ ἔσται ὁ Ἰάρεδ ὁ τούτου πάππος πολυχρονιώτερος αὐτοῦ ζήσας ἔτη ἐννακόσια ἑξήκοντα δύο. ὁμολογούμενον δέ ἐστι πᾶσιν ὅτι πάντων ἀνθρώπων μακροβιώτατος ὢν ὁ Μαθουσάλα καὶ ὅτι ἐν D τῷ κατακλυσμῷ τέθνηκε. διὸ μᾶλλον ἄν τις τῷ ἑκατοστῷ πεντηκοστῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ Ἐνὼχ ὑπολάβοι τὸν Μαθουσάλα γεννηθῆναι, τοῦτ' ἔστι τῷ χιλιοστῷ διακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ τρίτῳ ἔτει τοῦ κόσμου. τούτοις γὰρ προστιθέμενα τὰ ἐννακόσια ἑξήκοντα ἐννέα ἔτη τῆς τοῦ Μαθουσάλα ζωῆς ποιεῖ ͵βσμβʹ, οἷς καὶ ὁ κατακλυσμὸς συντρέχει, καθ' ὃν τέθνηκεν ὁ Μαθουσάλα.

Τῷ χιλιοστῷ τριακοστῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει Ἐνὼς ἀπέθανεν.

Τῷ ͵αυκγʹ ἔτει ἀπεκαλύφθη τῷ Ἐνὼχ τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ.

P. 21 Τῷ ͵αυληʹ ἔτει ἔλαβε Μαθουσάλα γυναῖκα.

Τῷ ͵αυνδʹ Λάμεχ ἐγεννήθη τῷ Μαθουσάλα.

Λάμεχ γενόμενος ἐτῶν ρπηʹ γεννᾷ τὸν Νῶε, τῷ ͵αχμβʹ ἔτει τοῦ κόσμου. ἔζησε δὲ Λάμεχ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Νῶε ἔτη φξεʹ καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἔτη ψνγʹ. καὶ ἀπέθανε τῷ ͵βσζʹ ἔτει τοῦ κόσμου πρὸ λεʹ ἐτῶν τοῦ κατακλυσμοῦ. οὗτος ὀλιγοχρονιώτατος πάντων τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονε, πλὴν Ἄβελ τοῦ δικαίου. καὶ πρῶτος τελευτᾷ πρὸ τοῦ

13. ἐνῶς A. 19. ἔτει add. A. λαμεχ A. ὁ Λάμεχ G.

haec quidem Eusebius: quae si quis vera concesserit, nongentorum quadraginta novem annorum vita functus comperietur Mathusala, eiusque avus Iared, cuius aetas nongentos sexaginta duos annos attigit, longiorem eo vitam duxisse arguetur: cum tamen diutissimam prae reliquis hominibus Mathusala peregisse et diluvio periisse, apud omnes pro confesso habeatur. Rectius itaque centesimo quinquagesimo tertio Enoch anno, hoc est mundi millesimo ducentesimo septuagesimo tertio Mathusala lucem primum adspexisse alius suspicabitur: his namque nongenti sexaginta novem vitae Mathusala coniuncti, bis mille ducentos quadraginta duos reddunt, in quos diluvium, quo Mathusala sublatus est, incurrit.

Anno millesimo trecentesimo quadragesimo Enos mortuus est.

Anno millesimo quadringentesimo vicesimo tertio accepit Enoch de diluvio revelationem.

Anno millesimo quadringentesimo tricesimo octavo Mathusala uxorem duxit.

Anno 1454 Lamech genitus est Mathusalae.

Lamech annorum 188. mundi 1642. generat Noe. Vixit Lamech a Noe nato annis 565. fueruntque dies eius cuncti 753. annorum: mundi 2207. ante diluvium 35. annis mortem oppetiit. Hic, si iustum Abel exceperis, brevissimae omnium ante diluvium vitae extitit: et proprio patre Mathusala

ἰδίου πατρὸς Μαθουσάλα. ὁ γὰρ Μαθουσάλα ἐν τῷ κατακλυσμῷ τέθνηκε, περὶ οὗ Ἀφρικανός. οὗτος ἁπάντων πλείονα χρό- B
νον βιοῖ, τῶν τε πρὸ αὐτοῦ καὶ τῶν ἑξῆς εἰς ἡμᾶς, εἰς ἔτη τὰ σύμπαντα ἐνακόσια ἑξήκοντα ἐννέα. τάχα τι σημαίνει τὸ πολυχρόνιον αὐτοῦ διὰ τὴν ὑπερκόσμιον ὀγδοάδα κυριακὴν ἡμέραν. V. 17
ὄγδοος γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου τυγχάνει. ὃ δ' ὑστερεῖ, τοῦτο πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς χιλιάδος, πρῶτον ὑπάρχον πλήρωμα, ἀνεπλήρωσεν ὁ σωτήρ. εἶτά φησιν, εἰσὶ τρεῖς ὁμωνυμίαι πως ἀπὸ Κάϊν τοῖς ἀπὸ Σήθ, ὡς Ἐνὼχ καὶ Μαθουσάλα καὶ Λάμεχ.

Τῷ ‚αυπη' ἔτει Ἐνὼχ μετετέθη ἐν τῷ παραδείσῳ, καθὼς καὶ ἡ θεία φάσκει γραφή, ὅτι ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Ἐνὼχ ἔτη τξε'. καὶ εὐηρέστησεν Ἐνὼχ τῷ θεῷ καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, ὅτι C
μετέθηκεν αὐτὸν ὁ θεός.

Τῷ ‚αφλε' ἔτει Κάϊν ἀπέθανεν.

Τῷ ‚αχλ' ἔτει Λάμεχ ἔλαβε γυναῖκα.

Τῷ ‚αχμβ' ἔτει Νῶε ἐγεννήθη τῷ Λάμεχ.

Τῷ ‚αχϞ' ἔτει Μαλελεὴλ ἀπέθανεν.

Τῷ ‚αϡκε' ἔτει Ἰάρεδ ἀπέθανεν.

Τῷ ‚βρκα' ἔτει τοῦ κόσμου ἐγρηγόρων ἀπόφασις.

Τῷ ‚βρκθ' ἔτει Νῶε ἔλαβε γυναῖκα.

Τῷ ‚βρμ ἔτει ἐντολὴ τοῦ θεοῦ πρὸς Νῶε περὶ κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ.

1. Vulgo ὁ γὰρ Μαθουσάλας. 6. τοῦτο] τούτῳ m. 7. ὑπάρχον A. ὑπάρχων G. 11. γραφὴ] Genes. V, 23. 13. μετετέθηκεν A. 15. ‚αχλθ' m. Addidi ἔτει. 16. ἔτει add. A. 21. Lemma in marg. A *Πότε ἔλαβεν ὁ Νῶε ἐντολὴν τοῦ λαβεῖν γυναῖκα, καὶ περὶ κατασκευῆς τῆς κιβωτοῦ.*

prior lucem deseruit. Mathusala namque diluvio periit, de quo Africanus. Hic prae omnibus cum maioribus, tum posterioribus longiorem vitam annis nimirum nongentis sexaginta novem duxit. Forsan eius vitae diuturnitas non nihil menti obiicit, quod caelestem octonarium diem, videlicet dominicum spectat. A primo siquidem ille numeratur octavus: prima vero millenarii perfectio (31 intellige) quam addidit salvator, ad complementum illi deficit. Tum subiungit. Tres sunt quaedam filiorum Cain filiis Seth appellationes communes: Enoch, Mathusala et Lamech.

Anno 1488 Enoch, prout sacra scriptura testatur, translatus est in paradisum. Cuncti dies Enoch fuerunt annorum 365 et placuit Enoch deo, et non apparuit, quia tulit eum deus.

Anno 1535 Cain mortuus est.

Anno 1639 Lamech duxit uxorem.

Anno 1642 Noe genitus est Lamech.

Anno 1690 Maleleel obiit.

Anno 1925 Iared mortuus est.

Anno mundi 2121 lata est in egregoros sententia.

Anno 2129 Noe accepit uxorem.

Anno 2140 mandatum dei ad Noe de arca construenda.

Τῷ ͵βρμα' ἔτει τοῦ κόσμου Νῶε ἦν ἐτῶν φ'. καὶ ἐγέννησε D τρεῖς υἱούς. τῷ αὐτῷ ἔτει Σὴμ ἐγεννήθη τῷ Νῶε.

Τῷ ͵βρμδ' ἔτει Χὰμ ἐγεννήθη.

Τῷ ͵βρμζ' ἔτει Ἰάφεθ ἐγεννήθη. εἶτά φησιν ἡ γραφὴ „καὶ εἶπε κύριος ὁ θεός, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη."

Ἀφρικανοῦ.

Ἔγνω πᾶν ὁ θεὸς ἀφανίσαι ζώων γένος ἐν κατακλυσμῷ, ἀπειλήσας ρκ' ἔτη οὐχ ὑπερβήσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. μηδὲ νομι-
P. 22 ζέσθω ζήτημα διὰ τὸ πλείονα χρόνον τινὰς ὕστερον βιῶναι· τὸ γὰρ διάστημα τοῦ χρόνου γέγονεν ἑκατὸν ἔτη μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ κατα τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν τότε· ἦσαν γὰρ εἰκοσαετεῖς. τῷ Νῶε διὰ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι κιβωτὸν ὑπέθετο κατασκευάσαι θεός· καὶ γενομένης εἰσῆλθον εἰς αὐτὴν αὐτός τε Νῶε καὶ οἱ υἱοί, ἡ γυνὴ καὶ αἱ νύμφαι, καὶ ἀπὸ παντὸς ζώου ἀπαρχὴ εἰς διαμονὴν τοῦ γένους. ἦν δὲ ἐτῶν ἑξακοσίων ὁ Νῶε, ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. ὡς δὲ ἔληξε τὸ ὕδωρ, ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη ἐπὶ τὰ ὄρη Ἀραράτ,
B ἅτινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ, τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας εἶναί

4. ἔτει add. A. γραφὴ] Genes. VI, 3. 8. Ἀφρικανοῦ A. Ἀφρικανός G. 12. σήμαινε (corr. σημείωσαι) ἑρμηνείαν περὶ τῶν ρκ' ἐτῶν margo A. 18. Ποῦ ἱδρύθη καὶ κιβωτός margo A. ἱδρύθη] ἱδρύνθη A. 19. κελαίναις A.

Anno mundi bis millesimo centesimo quadragesimo primo numerabat Noe aetatis suae quingentos. Hic liberos tres suscepit. Eodem anno Sem natus est Noe.

Anno bis millesimo centesimo quadragesimo quarto Cham natus est.

Anno bis millesimo centesimo quadragesimo septimo Iaphet ortus est. Tum scriptura subdit: et dixit dominus deus: „non permanebit spiritus meus in hominibus istis in aeternum, quia carnes sunt: eruntque dies illorum centum viginti annorum".

Africanus.

Universum animantium genus aquis diluvii consummare decrevit deus, vicesimum et centesimum annum homines non superaturos minatus. Nullus porro dubius haesitet, aut quaestionem anxius moveat, spatium hoc vitae quosdam praetergressos contemplatus. Aetatis quippe, durationisque vitae spatium post solos centum annos diluvio instante terminandum, peccatoribus vicesimum iam annum agentibus, in scelerum poenam, velut lata sententia fuit praefixum. Noe vero ob singularem iustitiam sibi gratum arcam construere iussit deus: eaque absoluta ingressi sunt in eam ipse Noe, et filii, uxor, et nurus, et selectae quaedam ad generis eorum cuiusvis conservandi fiduciam animantium primitiae. Imminente porro diluvio annos vitae sexcentos Noe iam attigerat: aquis vero subsidentibus, in montibus Ararat, quos esse Parthiae novimus, quidam licet Celaenis, vel in nigra Phry-

φασιν· εἶδον δὲ τὸν τόπον ἑκάτερον. ἐπεκράτησε δὲ ὁ κατακλυσμὸς ἐνιαυτόν· καὶ τότε ἐξηράνθη ἡ γῆ. οἱ δὲ ἐξῆλθον τῆς κιβωτοῦ κατὰ συζυγίας, ὡς ἔστιν εὑρεῖν, καὶ οὐχ ὃν εἰσῆλθον τρόπον κατὰ γένη, εὐλογοῦνταί τε πρὸς τοῦ θεοῦ. τούτων μὲν οὖν ἕκαστον τῶν διαφερόντων τι σημαίνει.

Τῷ ͵βσϛʹ ἔτει τοῦ κόσμου Λάμεχ ἐτελεύτησεν.

Τῷ ͵βσκηʹ ἔτει Σὴμ ἔλαβε γυναῖκα ἑαυτῷ.

Aeschyli anno undecimo expleto et ineunte duodecimo, (fuit autem Aeschylus a biformi Cecrope rege primo nonus et vicesimus, praesidum perpetuorum 12), coepit Olympias prima, ab Adam creato anno 4726, Azariae regis Iuda 45, prout in sequentibus exponitur.

Olympias porro quadriennale spatium Graecis habetur; ad cuius finem ineunte iam anno quinto, Olympica ludicra instaurabantur. Exordium illorum primum non una ratione Graeci referunt. A primo siquidem certaminum illorum positu ab Hercule Alcmenes filio quondam adinvento Olympicae celebritatis formam et prima statuta inolevisse ante annos nimirum huius Olympiadis primae sexcentos nonnulli arbitrantur. Alii ab Aethlio positos agones docent, unde athletis de palma decertantibus factum nomen, cui in huiusmodi instituto filius Apius successit, deinde Endymion, tum

Ἀλεξῖνος, καὶ μετὰ τοῦτον Οἰνόμαος, καὶ μετὰ τοῦτον, ὥς φασι, Πέλοψ εἰς τιμὴν τῇ πατρίδι προέστη τοῦ ἀγῶνος καὶ τῆς θυσίας. ἀριθμοῦσί τε ἀπὸ τοῦ Ἀλκμήνης Ἡρακλέους ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου γενεὰς ι', ἄλλοι δὲ τρεῖς τελείας φασὶν ὀλυμπιάδας ἐπὶ Ἴφιτον τὸν ἀνανεωσάμενον τὸν ἀγῶνα. τοῦτον γὰρ Ἠλεῖον ὄντα καὶ προνοούμενον τῆς Ἑλλάδος παῦσαί τε σπεύδοντα πολέμων τὰς πόλεις ἐκ πάσης Πελοποννήσου πέμψαι θεωροὺς τοὺς πευσομένους περὶ τῆς τῶν πολέμων ἀπαλλαγῆς, χρησμόν τε λαβεῖν B
Πυθικὸν τοῦτον

Ὦ Πελοποννήσου ναίεται παρὰ βωμὸν ἰόντες V. 157
θύετε καὶ πείθεσθε τά κεν μάντεις ἐνέπωσιν,
Ἠλεῖοι πρόπολοι πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

τοῖς δὲ Ἠλείοις τάδε προαγορεῦσαι

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
κοινοδίκου φιλίης ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσι,
ἔστ' ἂν ἐνὶ ξυνόδοις ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Τούτου χάριν καὶ Ἴφιτος κατήγγειλε τὴν ἐκεχειρίαν ἐπὶ ἡμέρῳ C
τροφῇ χρῆσθαι ὑπὸ Ἡρακλέους καὶ χεῖρας ἀλλήλοις οὐκ ἐπέφερον. τὸν δὲ ἀγῶνα τετέλεκεν Ἴφιτος Ἡρακλείδης σὺν Λυκούργῳ συγ-

1. *Ἀλεξῖνος* ex Eusebio emendatum. Legebatur *Ἀλέξιος*. 2. *καὶ* om. G. 3. *ἡρακλέως* AB. *τοῦδε* om. G. *τοῦ* om. B. 4. Addidi *δέ*. 5. *Ἠλεῖον*] Vulgo *Ἴλιον*. Recte Eusebius. 7. *πέμψας* G. 10. B etiam hic *πελοπονήσου*. *παρὰ βωμὸν* Scaliger p. 39. *περιβώμιον* AB. *περιβώμι'* G. 11. *τά κεν* Scaliger. Vulgo *τὰ καί*. 12. *Ἠλεῖοι*] *ἢν ἴλιοι* AB. 13. *ἰλίοις* AB. et similiter infra. *προσαγορεῦσαι* B. 14. *φύεσθαι* et *ἀπέχεσθαι* AB. 15. *φιλίας* AB. *Ἑλλήνεσσι* om. AB. 16. *ἔστ'*] *εὖτ'* G. *ξυνόδοις*] Legebatur *τριόδοις*. *ξυνωδοῖσιν* AB. 17. *ἐπὶ*] *ἔτι* G.

Alexius, cui munere functo Oenomaus suffectus est, quem, aiunt, Pelops excepit ob patriae honorem sacris in certamine celebratis praefectus. Scriptores isti ab Hercule, Alcmenes filio, ad praesens usque tempus aetates numerant decem; tres tantum integras Olympiades recensent alii usque ad Iphitum agonis reparatorem. Hic in Elide natus, Graeciae sibi commissa potestate, cunctas Peloponnesi urbes a belli tumultibus liberas et immunes reddere sollicitus, missis exploratoribus, qui de bello sedando et componenda pace rogarent oraculum, divinum istiusmodi Pythiae responsum tulit.

O Peloponnesi incolae qui deorum simulacra aditis
Ferte sacra et vatum oraculis obedite.
Qui in Elide deorum cultum et paterna instituta observant.

Eliensibus pariter oraculum hoc datum narrant:

Patriam vestram liberate et a bellis abstinete,
Communis foederis duces facti Graecis,
Donec annuis tribus periodis lapsis iucundior et concors altera redeat.

Huius gratia, induciis indictis, quasi Herculis iussu, ne bello manus consererent et urbano ad invicem convictu uterentur, Iphitus suasit. Idemmet deinde cum Lycurgo consanguineo, (erant enim ambo Heraclidae), lu-

γενεῖ. ἑκάτεροι δὲ Ἡρακλεῖδαι. τότε δὲ ἀγὼν σταδίου μόνον ἦν καὶ οὐδεὶς ἀνεγράφετο νικηφόρος, ἀμελούντων τῶν τηνικάδε. ὀγδόῃ δὲ καὶ εἰκοστῇ ὀλυμπιάδι Κόροιβος Ἠλεῖος ἀνεγράφη στάδιον νικήσας, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ὀλυμπιὰς πρώτη ἐτάχθη, ἀφ' ἧς Ἕλληνες ἀριθμεῖν τι δοκοῦσιν ἀκριβῶς χρονικόν. ταῦτα Ἀριστόδημος ἱστορεῖ καὶ συνῳδὰ τούτῳ Πολύβιος. Καλλίμαχος δέ φησιν ὀλυμπιάδας ιγ' παρεῖσθαι μὴ ἀναγραφείσας, τῇ δὲ ιδ' Κό-
D ροιβον Ἠλεῖον νικῆσαι. ὥστε ἐκ πάντων ἡμῖν δείκνυσθαι τὸν περὶ τῶν ὀλυμπιάδων λόγον οὐ παρὰ πᾶσιν εἶναι τὸν αὐτόν. ὅθεν καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς οὐ συμπεφώνηται, ὡς ἔστι μαθεῖν τοὺς βουλομένους τοῖς ἐκείνων συγγράμμασιν ἐντυγχάνοντας. ἡμῖν γὰρ τοῦτο μόνον ἐσπούδασται, σαφῆ τινα καὶ κεφαλαιώδη τοῖς ἀγνοοῦσι θεωρίαν ἐκθέσθαι, οὐχ ὅτι ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ ὀλυμπιάδων τι εἴρηται, ἀλλ' ὅτι πολλοῖς ὁ περὶ αὐτῶν λόγος πατράσιν ἐν χρήσει γέγονε, διὰ τὸ μετρεῖσθαι αὐτὰς παρά τε Μακεδόσι καὶ Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις καὶ Αἰγυπτίοις καὶ αὐτοῖς Ἰουδαίοις, ὡς μαρτυρεῖ Φίλων καὶ Ἰώσηππος ὀνομάζοντες αὐτάς.

P. 197 Οὐκ ἄμουσον δ' ἂν εἴη καὶ τὴν παρ' Αἰγυπτίοις περὶ τῶν τετραετηρικῶν ὀλυμπιάδων ἔννοιαν ἄλλην τινὰ τῆς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις οὖσαν ἐν βραχεῖ δηλῶσαι τοῖς ἀγνοοῦσιν. ἡ γὰρ σελή-

1. μόνον ἦν B. ἦν μόνον G. 3. εἰκοστῇ Scaliger. Vulgo εἰκάδι. Vulgo Κόρυβος et infra Κόρυβον. 14. τι om. G. πολλοῖς add. B. πολὺς A. om. G. 17. ὡς] καὶ G. 20. τῆς] Legebatur τήν.

dicrum certamen consecravit. Caeterum de solo in stadio cursu agon erat primitus institutus; et ex incuria victoris nullius nomen in fastos referebatur. Coroebo deinde Eliensi Olympiade 28 victore proclamato et eius nomine publicis tabulis consecrato, ea, qua vicit, Olympias omnium prima deinceps habita, ex qua rationem temporum accuratiorem deducendam Graecis placitum. De his narrationem Aristodemus contexuit et ei consentanea Polybius; Olympiades licet 13 omissas, 14 vero Coroebum victorem pronunciatum in adversum Callimachus contendat. Quare non omnium apud omnes Olympiadum esse rationem, nec ecclesiasticis Historicis concordem in iis sententiam esse, eorum evolventibus scripta haud difficulter constabit. Nobis vero illud solummodo consilium fuit, ut Olympiadum insciis brevem ac dilucidam earum proferremus expositionem, non quod Olympiadum sermo a scripturis divinis tractetur, sed quod nonnulla sit earum apud sanctos patres mentio et a Macedonibus, Romanis, Persis, Aegyptiis et ipsis quoque Iudaeis memorentur, e quorum grege Philo et Iosephus non obscurum iisdem testimonium ferunt.

Ut vero labore nostro nonnulla fiat litteris accessio, agedum aliam quadriennalium Olympiadum ab Aegyptiis excogitatam rationem et ab Atheniensibus usitata diversam compendio, quantum res feret, non exper-

νη παρ' Αἰγυπτίοις κυρίως ὀλυμπιὰς καλεῖται, διὰ τὸ κατὰ μῆνα περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὃν οἱ παλαιοὶ αὐτῶν Ὄλυμπον ἐκάλουν. αὕτη γὰρ ἀπὸ καρκίνου τοῦ ἰδίου οἴκου ὡς ἀπὸ κέντρου προερχομένη τὰ ιβ' κατασπάζεται ζώδια ἐν νυχθημέροις κθ' καὶ ἡμίσει καὶ λεπτοῖς λγ', γ'. τῷ δὲ ἐνιαυτῷ ὅλῳ δωδεκάκις αὐτὰ περιπολοῦσα πληροῖ νυχθήμερα τνδ' καὶ ὥρας η' καὶ λεπτὰ μ'. B ὁ δὲ ἥλιος ἐν νυχθημέροις τξε' δ' περιπολεῖ τὸν αὐτὸν Ὄλυμπον, ὡς λείπεσθαι τὸν σεληνιακὸν ἐνιαυτὸν τοῦ ἡλιακοῦ νυχθήμερα ι', ὥρας κα', λεπτὰ ε'. πληροῖ οὖν ὁ ἥλιος ἐν ὀλυμπιάδι μιᾷ τετραετηρικῇ ἡμέρας ͵αυξα', ἡ δὲ σελήνη νυχθήμερα ͵αυιζ', ὥρας ια', λεπτὰ κθ'. σελήνιον ἓν καὶ ἥμισυ. ἐν δὲ ὀλυμπιάσι δύο γίνονται σελήνια ϟθ', νυχθήμερα δὲ ͵βϡκβ', ἃ καὶ ὁ ἥλιος ἐν τοῖς η' ἔτεσι. καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Αἰγυπτίων δόξα περὶ ὀλυμπιάδων.

Τῷ δὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὀλυμπιάδων ἀνεγράφησαν σταδιονῖκαι σμη' μόνοις ἐτῶν ϡπθ', ἀρξαμένων ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ͵δψκε' ἔτους ἕως τοῦ ͵εψιδ', τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ με' C ἔτους Ὀζίου.

Εὐσέβιος δὲ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα ἐπὶ Ἰωαθὰμ συνάγει τοῦ μετὰ η' ἔτη βασιλεύσαντος τοῦ Ἰούδα καὶ τὸν Ἀφρικανὸν προφέρει συνᾴδοντα αὐτῷ ἐν τούτῳ. ὁ δὲ Ἀφρικανὸς μᾶλλον ἐναν- V. 158

3. ἀπὸ] ὑπὸ A. 9. οὖν] δὲ G. 11. κθ'] κε' B. σελήνιον ἓν καὶ ἥμισυ delet m. 13. τῶν Ὀλυμπιάδων G. 14. Τῷ] Τῶν G. σταδιονῖκαι m. σταδίων ι' καὶ G. 15. ἐτῶν] ἔτεσιν m. ἀρξαμένων B. ἀρξαμένου G. ἀρξαμένοις m. 16. ͵δψκε'] ͵αψκε' A. 18. Εὐσέβιος] P. 319. Conf. Chronicon Pasch. p. 104. Ἰώθαμ B. Ιωάθαν G. 19. τοῦ Ἰούδα] τοῦ om. A.

tis referamus. Luna sane proprio vocabulo Aegyptiis dicitur Olympias, quod mensibus singulis Zodiaci (id antiquis Olympus nuncupatur) circularem ambitum peragret; a Cancro quippe propria sibi domo profecta, signa Zodiaci duodecim obit diebus integris 29 cum medio et minutis 33 additis secundis tribus; circumlustratis autem per annum duodecies signis cunctis, dies adimplet 354, horas 8 et minuta 40. Sol vero diebus 365 et alterius quadrante Olympum peragrat eundem, adeo ut solari lunaris alter diebus integris 10, horis 21, scrupulis 5 minor sit. Explet demum sol in una tetraeteride Olympica dies 1461, luna dies noctesque vertentes et integras 1417, horas 11, scrupula 29. Olympiadibus porro duabus menstruae periodi numerantur 99, dies cum noctibus 2922, quae sol pariter annorum 8 circulo metiri deprehenditur. Hic de Olymp. Aegypt. sensus.

In Atheniensium porro fastos sola cursu victorum 248 nomina relata sunt annis 989 a communi mundi anno 4725 posito numeri principio, ultimo vero limite anno 5716; ab Oziae nimirum regni 45.

Eusebius, Africano teste sibi consentiente producto, sub Ioatham, cuius in Iuda regnum annis octo Oziae quinto et quadragesimo posterius agnoscitur, Olympiadem primam colligit; Africanus autem Eusebii sententiam

τιοῦται τῷ Εὐσεβίῳ, κατὰ τὸ α' ἔτος Ἄχαζ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα φάσκων ἤρχθαι ἔν τε τῷ τρίτῳ καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῶν ἱστορικῶν αὐτοῦ τρανῶς, ἐν οἷς ὧδε γράφει· ἀναγραφῆναι δὲ πρώτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ἡνίκα καὶ Κόροιβος στάδιον. τότε ἐβασίλευσεν Ἄχαζ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ ἔτος πρῶτον. εἶτα ἐν τῷ τετάρτῳ φησίν· ἦν δ' ἄρα τοῦ Ἄχαζ βασιλείας ἔτος πρῶτον, ᾧ
D *συντρέχειν ἀπεδείξαμεν τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα.*

Μήδων βασιλεῖς.

Μήδων α' ἐβασίλευσεν Ἀρβάκης, ὁ καταλύσας τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν, ἔτη κη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δχος'.

Μήδων β' ἐβασίλευσε Μανδαύκης ἔτη κ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψδ'.

Μήδων γ' ἐβασίλευσε Σώσαρμος ἔτη λ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψκδ'.

Μήδων δ' ἐβασίλευσεν Ἀρτύκας ἔτη λ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψνδ'.

P. 198 *Μήδων ε' ἐβασίλευσε Δηιόκης ἔτη νδ'. Δηιόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα τὴν πόλιν μεγάλην καὶ διαβόητον. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψπδ'.*

2. ἔν τε] ἐν δὲ G. 4. τεσσαρισκαιδεκάτην A. ἠνίκα B. Vulgo *Κόρυβος*. στάδιον] ἐνίκα add. m. 5. ἀχὰς A. ἄχας B. 6. δ' add. B. ἄρα] ἰάρα A. Ἄχαζ] ἄχας AB. ᾧ m. ὡς AB. ὧς G. 7. συντρέχειν Bm. συντρέχει AG. 15. ἀρτύκας AB. 17. *Δηιόκης* bis correxi ex Eusebio p. 47. 323. Vulgo *Διοίκης*. διοικὴς B. διοικῆς altero loco A. 18. ἐκβαπτάα (sic) AB. 19. τοῦ — ͵δψπδ' G supra posuit post νδ'.

opposita destruit auctoritate ad Achaz tempus Olympiadem primam tertio et quarto Historicorum libro apertis hisce verbis initium habuisse affirmans: „Olympiadem primam quae tamen quarta et decima fuit, cum stadio victor Coroebus renunciatus est ad Achaz in Hierusalem regnantis annum primum revocandum censeo." Subiungit in quarto: „Achaz porro regni fuit hic annus primus, in quem Olympiadem primam incidere demonstravimus."

Medorum reges.

Medorum rex primus Arbaces, qui Assyriorum regnum evertit, annis 28, mundi vero 4676.

Medorum rex 2 Mandauces annis 20, mundi vero 4704.

Medorum rex 3 Sosarmus annis 30, mundi vero 4724.

Medorum rex 4 Artycas annis 30, mundi vero 4754.

Medorum rex 5 Dioeces annis 54, mundi vero 4784.

Dioeces Medorum rex Ecbatana magnam et celebrem urbem condidit.

Μακεδόνων βασιλεῖς.

Κάρανος ὁ Ἀργεῖος Φείδωνος ἀδελφὸς, τοῦ τότε βασιλέως Ἄργους, ἰδίαν κτήσασθαι χώραν σπεύδων δύναμιν λαβὼν παρὰ B *Φείδωνος τοῦ ἀδελφοῦ, ἔκ τε Ἄργους καὶ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου τοῖς κατὰ Μακεδονίαν τόποις ἐπῆλθε. συμμαχήσας δὲ καὶ τῷ τῶν Ὀρεστῶν βασιλεῖ κατὰ τῶν πλησιοχώρων Ἐορδανῶν λεγομένων, τῆς κατακτηθείσης χώρας τὸ ἥμισυ προσλαβὼν διὰ τὴν συμμαχίαν, παρέλαβε τὴν Μακεδονίαν καὶ ἔκτισε πόλιν ἐν αὐτῇ κατὰ χρησμὸν, ἐξ ἧς ὁρμώμενος συνεστήσατο τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν, ἣν καθεξῆς οἱ ἀπ' αὐτοῦ διεδέχοντο. ἦν δὲ ὁ Κάρανος ἑνδέκατος ἀπὸ Ἡρακλέους, ζ' δὲ ἀπὸ Τημένου τοῦ μετὰ τῶν ἄλλων Ἡρακλειδῶν κατελθόντος εἰς Πελοπόννησον.*

Κάρανος Μακεδόνων α' ἐβασίλευσεν ἔτη λ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν C
ἔτος ͵δψα'. πρὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἔτεσιν ιη'. ἀπὸ Καράνου τοῦ α' βασιλέως Μακεδόνων ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου βασιλεῖς Μακεδόνων κδ' ἔτη . . . . .

Φείδων Ἄργους κρατῶν ἀδελφὸς Καράνου τοῦ α' βασιλέως

1. In G praemissum *Περὶ τῆς τῶν Μακεδόνων ἀρχῆς· πόθεν ἤρξατο,* quae om. B. 2. *κάραμος* B. Legebatur *τούτου τότε βασιλείας Ἀργείας.* Emendavit Scaliger p. 39. 5. *τοῖς — τόποις* B. *τοὺς — τόπους* G. 6. *Ἐορδανοῖν*] *Δαρδάνων* Scaliger. *Eordensibus* Eusebius p. 169. 7. *κατακτηθείσης* Scaliger. Vulgo *κατατιθείσης.* 14. *ιη'*] *κε'* m. 16. *βασιλεῖς* B. *βασιλεῖ* A. *βασιλείας* G. *ἔτη*] *υνε'* add. m. Sed vide ne *ἔτη* deleri oporteat. Lacunae indicium in neutro codice.

De Macedonum imperio; unde coëpit exordium.

Macedonum reges.

Caranus Argivus Phidonis ea tempestate Argivorum regis frater propriam sibi regionem possidendi cupiditate motus, adiuncta Phidonis fratris militum manu, et Argis totaque Peloponnesi ditione collecto exercitu, posita ad Macedoniam loca invasit. Missis etiam adversus vicinos Eordanos Orestorum regi copiis auxiliaribus, devictae et armis recens partae regionis parte media, ceu opis latae mercede, accepta, Macedoniam possedit; et ex oraculi consulto in ea condidit urbem, ex qua feliciter in vicinos irruptionibus factis, Macedonicum imperium posuit, quod deinde posteri successionis iure tenuerunt. Erat porro Caranus ab Hercule undecimus, et a Temeno cum Heraclidis aliis in Peloponnesum suscepta expeditione profecto, septimus.

Caranus Macedonum rex primus regnavit annis 30, mundi vero 4701.

Hic Olympiadem primam annis 25 antecessit.

A Carano Macedonum rege primo ad Alexandrum Macedonum imperii illustrem instauratorem et regem 24 anni 455 interponuntur.

Phidon Argorum princeps Carani Macedonum regis primi frater men-

Μακεδόνων μέτρα καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν, ὥς τινες· ἦσαν δὲ καὶ πρὸ τούτου.

V. 159 Μακεδόνων β' ἐβασίλευσε Κοῖνος ἔτη κη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψλα'.

D ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ.

Τοῦ Ἰούδα θ' ἐβασίλευσεν Ἀμεσίας ἔτη κθ', υἱὸς αὐτοῦ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δχνγ'.

Ἀμεσίας ἐστράτευσε κατὰ τῶν Ἰδουμαίων καὶ τῶν υἱῶν Σηείρ, καὶ ἔλαβε νικήσας τοὺς θεοὺς αὐτῶν, καὶ ἀγαγὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐλάτρευσεν αὐτοῖς.

Ἀνῃρέθησαν δὲ ἐν τῷ πολέμῳ ἐκ τοῦ Ἰούδα ἄνδρες ͵γ ὑπὸ τῶν ι' φυλῶν.

Τὰ κατὰ Νεεμὰν τὸν ἀρχιστράτηγον βασιλέως Συρίας, καὶ
P. 199 ὅπως τῆς λέπρας ἀπηλλάγη. ταύτην τε Γιεζὶ ὁ δοῦλος Ἐλισσαίου χρήμασιν ἐπεσπάσατο ψευσάμενος τῷ προφήτῃ.

Προφήτῃ ξυλευομένῳ παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἐξέπεσε τὸ σιδήριον τοῦ στελέου, ὅπερ ἀναπλεῦσαν ὡς ξύλον προστάξει Ἐλισσαίου ἀπέλαβεν ὁ προφήτης.

Ἀμεσίας ἐπαναστάσεως γινομένης ἀνῃρέθη φυγὼν εἰς Λαχίς, βασιλεύσας ἔτη κθ'.

1. εἴσαν B. 3. Vulgo Κοινός. κη' B et Eusebius p. 170. κθ' G. 6. Ἀμασίας G. αὐτοῦ] H. e. Ἰωάς. Vide p. 187 c. 8. Ἰδουμαίων — Σηείρ correctum ex Paralip. II. 25, 14. Vulgo Ἰουδαίων — Σιείρ. 13. Ναιμὰν dicitur Reg. IV, 5. 14. γιεζὶ B. Γιεζῆ G. 19. γενομένης G. λαχεῖς AB.

suras et pondera, ex quorundam relatu primus invenit; eorum tamen usum eius tempore priorem esse certum est.

Macedonum rex 2 Coenus annis 28, mundi vero 4731.

ANNI MUNDI.

Iuda rex 9 Amesias annis 29, mundi vero 4653.

Amesias in Idumaeos et filios Seir educto exercitu, deos eorum, parta victoria, in Hierusalem invectos coluit.

Bello adversus Iudam a tribubus decem moto, virorum tria millia perierunt.

Res circa Naeman Assyriorum regis ducem gestae; ut lepra curatus, quam Giezi Elissaei servus pecuniarum cupiditate in mendacium coram propheta abductus contraxit.

Ad Iordanis ripam ligna caedenti prophetae securis ferrum manubrio excussum in aquam decidit; eductum autem et Elissaei iussu ad instar ligni flumini supernatans a propheta recipitur.

Amesias populi seditione orta fugiens in Lachis trucidatur anno regni 29.

Τοῦ Ἰούδα ι' ἐβασίλευσεν Ἀζαρίας ὁ καὶ Ὀζίας, υἱὸς Ἀμεσίου, ἔτη νβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δχπβ'.

Οὗτος εὐσεβὴς ἦν καὶ τοῖς περιοίκοις τῶν ἐθνῶν πολεμήσας πόλεις ἔλαβε πλείστας. φιλεργότατος δὲ ὢν πύργοις καὶ τείχεσι B *τὰς πόλεις κατεφρούρησε τήν τε ἔρημον λάκκοις ὑδάτων κατεφρεάτωσεν.*

Οὗτος Ὀζίας εἰσελθεῖν εἰς τὰ ἅγια πειραθείς, κωλύοντος αὐτὸν Ἀζαρίου τοῦ ἀρχιερέως, ἐλεπρώθη· καὶ ἦν ἀπρόσιτος διὰ τὸ αἶσχος. Ἰωαθὰμ δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐδίκαζεν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Ἰούδαν.

Προεφήτευον δὲ Ἀμώς, Ὠσηέ, Ἡσαΐας.

Πρώτη ὀλυμπιὰς ἤρξατο ἔτει Ὀζίου με'.

Τοῦ Ἰούδα ια' ἐβασίλευσεν Ἰωαθὰμ υἱὸς Ὀζίου ἔτη ις'. τοῦ δὲ C *κόσμου ἦν ἔτος ͵δψλδ'.*

Ἀρχὴ ὀλυμπιάδος γ'.

Ἰωαθὰμ εὐσεβὴς ὢν ᾠκοδόμησε τὴν πύλην οἴκου κυρίου, Ἀμμανίταις τε χρήματα ἐπετάξατο.

Ἔτι προεφήτευον Ὠσηέ, Ἰωήλ, Ἡσαΐας, Ὠδήδ, Μιχαίας.

Ἰωαθὰμ πλεῖστα ᾠκοδόμησεν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Τοῦ Ἰούδα ιβ' ἐβασίλευσεν Ἄχαζ ἔτη ις'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψν'.

1. *Ὀζίας*] *Ochosias* Eusebius p. 84. *ναμεσίου* AB. 8. *ἀπρόιτος* A. *ἀπρόητος* B. 9. *ἰωάθαμ* B. *Ἰωάθαν* G. 10. *Ἰούδα* G. 12. *ἔτει* B. *ἔτη* G. 13. Vulgo *Ἰωάθαμ* hic et infra. 14. *͵δψλδ'* m. *͵δψλ'* G. 15. *ὀλυμπιάδος γ'*] *ὀλυμπιάδος γ' πρώτη* AB. *τρίτης Ὀλυμπιάδος* G. 18. *Ἔτι*] *ἔτη* A. *ὠδῆδ* A. *Ὀδήδ* G.

Iuda rex 10 Azarias, qui et Ozias, filius Amesiae, annis 52, mundi vero 4682.

Hic religiosus extitit et armis in vicinas gentes motis plures earum urbes obtinuit. Publicorum operum studiosus turribus ac moenibus urbes communivit et aquarum cisternis et puteis deserta quaeque loca locupletavit.

Ozias iste, Azaria pontifice vetante, in sancta ingredi ausus, in lepram incidit, qua vultu eius omnino deturpato a populi accessu summotus est. Ioathan autem filius patris vices exsequuturus ius in populum dicebat.

Amos, Ozee, Esaias prophetiae gratia clari.

Olympiadis primae exordium anno Oziae 45 affigitur.

Iuda rex 11 Ioatham Oziae filius annis 16, mundi vero 4734.

Olympiadis tertiae initium.

Ioatham religionis observantissimus domus domini portam aedificavit; annuumque pecuniarum vectigal annis duobus ab Ammanitis exegit.

Ozee, Ioël, Esaias, Oded, Michaeas, prophetiae spiritu conspicui.

Ioatham publicas aedes plurimas in Hierusalem exstruxit.

Iuda rex 12 Achaz annis 16, mundi vero 5750.

D *Ἄχαζ συντυχὼν τῷ Θεγλαφαλασὰρ ἐν Δαμασκῷ θυσιαστήριόν τι εἰδωλικὸν εἶδε. τούτου λαβὼν τὰ μέτρα ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς Οὐρίαν τὸν ἀρχιερέα, κελεύσας ὅμοιον αὐτοῦ ποιῆσαι, ἐφ' ᾧ τοῖς θεοῖς Σύρων ἔθυεν ὑποστρέψας· τὸν δὲ ναὸν τοῦ θεοῦ ἔκλεισεν.*

Ἔτι προεφήτευον Ἡσαΐας, Ὠσηέ, Μιχαίας.

Τοῦ Ἰούδα ιγ' ἐβασίλευσεν Ἐζεκίας ἔτη κθ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψξς'.

Ἐζεκίας υἱὸς Ἄχαζ καὶ Ῥαβουνᾶ τῆς θυγατρὸς Ζαχαρίου πάντων εὐσεβέστερος γέγονε τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλευσάντων ἐν
P. 200 *Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὸν Δαβίδ. οὗτος τὰ εἰδωλεῖα κατέσκαψε καὶ*
V. 160 *τὰς στήλας αὐτῶν συνέτριψε, τά τε ἐν τοῖς ὑψηλοῖς καθεῖλεν ἀπὸ Σολομῶντος μέχρις αὐτοῦ θυμιώμενα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὰ ἄλση ἐξέκοψεν, ἀφανίσας καὶ τὸν ὄφιν, ὃν ὕψωσε Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν χαλκοῦν, ἕως αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ λαοῦ θυμιώμενον καὶ λατρευόμενον μετὰ τῶν λοιπῶν βδελυγμάτων.*

Ἐζεκίας μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς Ἰούδα μετὰ τὸ κατασκάψαι τὰ εἰδωλεῖα καὶ τὰ ἄλση ἐκκόψαι καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐξαλεῖψαι τοὺς εὑρισκομένους εἰδωλολατροῦντας ἐξ Ἰουδαίων ἐθανάτου. το-
B *σοῦτον γὰρ τῇ εἰδωλολατρείᾳ συνείχοντο ὥστε τῶν θυρωμάτων ὄπισθεν ζωγραφεῖν τὰ βδελύγματα τῶν ἐθνῶν καὶ προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἵνα τῶν παρ' Ἐζεκίου ψηλαφᾶν πεμπομένων κρύβοιντο*

1. *Θαλγαθφελλασάρ* est Reg. IV. 15, 29. et alibi. 6. *καὶ Μιχαίας* G. 9. *Ῥαβουνᾶς* G. 13. *σολομῶνος* B, *Σολομῶντος* G. *ὑπὸ*] *παρὰ* G. 15. *θυμιώμενον* om. G.

Cum Theglathphellasar Damasci colloquutus Achaz, conspecto idolis consecrato altari, eiusque exemplari ad Uriam pontificem misso, aliud simile erigi iussit; in quo reversus Syrorum diis victimas immolavit et dei templum clausit.

Esaias, Osee et Michaeas prophetiis enunciandis adhuc supererant.

Iuda rex 13 Ezecias annis 29; erat porro mundi vulgaris annus 4766.

Ezecias, Achaz et Rabuna, Zachariae filia natus, maiorum omnium suorum a David aetate Hierusalem regno potitorum piissimus extitit. Subversis idolorum templis et simulacris minutim confractis, aras in montium cacuminibus positas, in quibus a Salomonis aetate thus adolebant Iudaei, sustulit; lucos etiam omnes excidit, et serpentem aheneum a Mose quondam in deserto elatum, et usque huc temporis cum nefandis aliis superstitioso cultu a populo observatum exterminavit.

Ezecias itaque rex Iuda effossis templis, lucis excisis, aheneo quoque serpente deleto, ex Iudaeis idola coluisse repertos capite plectebat. Eo siquidem laborabant idololatriae aestu, ut abominanda quaeque gentium simulacra adoraturi retro portas appingerent; ut iis apertis nec visu nec tactu, qui ab Ezecia missi fuerant, attrectare vel deprehendere possent.

ἀνοιγομένων τῶν θυρῶν. ἦν δὲ καὶ Σολομῶνος γραφή τις ἐγκεκολαμμένη τῇ πύλῃ τοῦ ναοῦ παντὸς νοσήματος ἄκος περιέχουσα, ᾗ προσέχων ὁ λαὸς καὶ τὰς θεραπείας νομιζόμενος ἔχειν κατεφρόνει τοῦ θεοῦ· διὸ καὶ ταύτην Ἐζεκίας ἐξεκόλαψεν, ἵνα πάσχοντες τῷ θεῷ προσέχωσιν.

Ἐπολέμησε δὲ τοῖς ἀλλοφύλοις μέχρι Γάζης.

Ἀσσυρίων τε ἀπέστη πρότερον ὑπήκοος ὢν καὶ τὰ διεφθαρμένα τείχη τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀνεκαίνισεν, δεύτερον αὐτῇ περιθεὶς τείχισμα, ἀφανίσας δὲ τὰ πέριξ τῆς πόλεως ὕδατα διὰ δίψαν τῶν πολεμίων καὶ μόνην ἀποστρέψας ἔνδον τῆς πόλεως τὴν τοῦ Σιλωὰμ πηγήν. C

Ἐπιστρατεύσαντος δ' αὐτῷ τοῦ Σενναχηρὶμ καὶ τὰς πέριξ πορθοῦντος πόλεις συγγνώμην αὐτῷ τῆς ἀποστασίας ᾔτει, δοὺς καὶ τριακόσια τάλαντα ἀργυρίου χρυσίου τε τριάκοντα. ὁ δὲ ταῦτα λαβὼν οὐκ ἀπέστη, ἀλλὰ Ῥαψάκην στρατηγὸν αὐτοῦ σὺν ὄχλῳ βαρεῖ κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ πέμψας ἀπειλὰς ἔγραψε πρὸς Ἐζεκίαν καὶ εἰς θεὸν βλασφημίας. τὸ δὲ βιβλίον τῆς γραφῆς ταύτης ἐνώπιον κυρίου ἁπλώσας ἐθαρρύνετο πρὸς τοῦ προφήτου Ἡσαΐου, μὴ φοβεῖσθαι δὲ τοὺς ἀσεβεῖς, ὡς ὑπὸ θεοῦ πτοηθησομένους. τότε ἄγγελος κυρίου νυκτὸς διέφθειρε παραδόξως ρπε' χιλιάδας D

1. *Σολομῶνος*] Legebatur *Σολομῶν ὡς*. *ἐγκεκολλαμένη* AB. 2. *τοῦ ναοῦ* et *ἄκος* om. G. 5. *προσέχουσιν* B. 7. *Ἀσσυρίας* G. 9. *ὕδατα* om. G. 12. *Σενναχηρὶμ*] *σεναχηρεὶμ* A. *σενναχειρεὶμ* B. 15. *τὸν στρατηγὸν* G. 17. *συγγραφῆς* G. 19. *δὲ* om. G. *πτωηθησομένους* B.

Ad scripturae porro modum tabulae cuidam a Salomone caelati characteres inerant ac portae affixi, morborum omnium remedia intuentibus exhibentes; istis inspiciendis cum populus attentius adverteret et infirmitatum curam se consequuturum ratus, dei potentiam aspernaretur, caelaturam delevit Ezecias et aegritudinibus iactatos ad dei opem implorandam reduxit.

Adversus alienigenas Gazae incolas expeditionem suscepit.

Ab Assyriis, eorum excussa servitute, defecit, reparatisque, ubi disiecta erant, Hierusalem moenibus, altero muro urbem per gyrum circumvallavit. Scaturientes circa civitatem latices aquae penuriam hostibus inducturus, solo Siloam fonte in eam invecto obturavit.

Caeterum a Sennacherim bellum movente ac vicinas urbes depopulante, defectionis veniam petebat Ezecias, datis ultro argenti trecentis et auri talentis triginta.

His acceptis Sennacherim arma vel iram non deposuit; quin immo Rapsace copiosi exercitus duce in Hierusalem misso, minis Ezeciam, deum blasphemiis lacessebat. Apertis autem et expansis in domini conspectu tabulis, animos addebat Esaias propheta, neve timeret hostes a deo brevi deterrendos et profligandos, exhortabatur. Tunc in Assyriorum castris hominum centum et octoginta quinque millia, praeter spem nocte una, angelus do-

ἀνδρῶν τῆς τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολῆς. καὶ Σενναχηρὶμ σὺν τοῖς ὑπολοίποις ἀνέζευξεν ἀδόξως εἰς τὴν Ἀσσυρίαν, ἀκηκοὼς ὅτι καὶ ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς Βαραθὰχ ἔρχεται πολεμήσων αὐτόν. ἐλθὼν δὲ εἰς Νινευὶ τοὺς αἰχμαλώτους τοῦ Ἰσραὴλ ἐκακούχει, αὐτός τε ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀναιρεῖται τέκνων.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἐζεκίας νοσήσας πρὸς θάνατον τῷ ιε΄ ἔτει
P. 201 *τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἀπηγορεύθη τοῦ ζῆν ὑπὸ Ἡσαΐου καὶ στρα-*
φεὶς καὶ δακρύσας πρὸς θεὸν ἐτῶν ιε΄ προσθήκην ζωῆς ἔλαβε, διὰ
τοῦ παραδόξου σημείου πιστουμένην, τῆς ἐπανόδου τοῦ ἡλίου ἐκ
τῆς φυσικῆς κινήσεως δέκα βαθμοὺς ἀναποδισάσης καθ᾽ ὅλην
τὴν οἰκουμένην, ὡς εἶναι τὴν ἡμέραν ἐκείνην μόνην χωρὶς τῆς
ἰδίας νυκτὸς ὡρῶν κβ΄.

Οὗτος Ἐζεκίας πρὸ τῆς νόσου, φασί, σωφροσύνην ἤσκει,
ἀθάνατος δι᾽ αὐτῆς ἔσεσθαι ἐλπίζων καὶ τὸ „οὐκ ἐκλείψει ἄρ-
χων ἐξ Ἰούδα" εἰς τοῦτο νοῶν. ἐν δὲ τῷ ἀσθενεῖν ηὔξατο ἀναστὰς
παιδοποιήσειν. ὁ δὲ Μαροδὰχ Βαλαδὰν ἐκπλαγεὶς τῷ σημείῳ τῆς
V. 161 *ἡλιακῆς ἀναποδίσεως, ἀκούσας τε τὰ κατὰ τὴν Ἐζεκίου συμ-*
B *βάντα νόσον, ἀπέστειλε πρέσβεις καὶ δῶρα, συνηδόμενος αὐτῷ*
τῆς ζωῆς. ὁ δὲ Ἐζεκίας ἀφεὶς διηγεῖσθαι τὰς δυνάμεις τοῦ θεοῦ
τὸν ἐν τοῖς βασιλείοις ὑπεδείκνυε πλοῦτον. Ἡσαΐας δὲ τῆς ἀλα-

1. *σεναχηρεὶμ* AB. *Σεναχειρεὶμ* G. 3. *βαραθὰχ* B. *βαραχὰθ* (θ) A. *Βαραχὰθ* G. *Θαρακὰ* Reg. IV. 19, 9. 9. *ἐκ* om. G. 10. *ἀναποδησάσης* B et infra *ἀναποδήσεως*. 11. *τῆς* om. B. 13. *εὐφροσύνην* G. 14. *τὸ*] Genes. XLIX, 10. 16. *βαλαδὰν* B. *Βαλαδὰμ* G. Vide Reg. IV. 20, 12. 17. *τὴν* om. G. 18. *συνηδόμενος* B. *συνειδόμενος* G.

mini delevit; quare Sennacherim de bello sibi ab Aethiopum rege Tharaca parato per nuncium certior factus, in Assyriam cum exercitus reliquiis ignominiose revertitur. In Niniven autem regressus et captivos Israëlitas durius excipiens a propriis filiis interficitur.

Anno regni 15 gravi aegritudine laborans rex Ezecias, Esaiae quoque verbis mortis quasi certo sequuturae damnatus, ad deum cum gemitu conversus annorum 15 promissam accessionem solis per gradus decem in propria vestigia retrogrado motu commeantis portentoso regressu firmatam accepit; adeo ut per orbem universum dies ille absque tenebris et propria sibi nocte fuerit horarum duarum et viginti.

Ezecias iste, aiunt, continentia plurima coniugalisque commercii fuga vitam castigatam, immortalitatis consequendae spe, nec non prophetico sermone „non deficiet princeps ex Iuda" confisus; morbi vero periculo deterritus, prolis edendae operam subiturum, voto etiam emisso, se devinxit. Audito mox solaris regressus portento, et Ezeciae morbi nuncio accepto, donis legatisque ad eum missis, de propagata illius vita Marodach Baladan congratulatus est. Ezecias divinae portentiae laude suppressa, palam faciendis legatorum conspectui regiae suae opibus studuit; quocirca

ζονείας αὐτὸν καταμεμψάμενος ὡς ἐν ἐπιτιμίῳ τὴν μέλλουσαν τῶν ὑποδειχθέντων τοῖς ἐχθροῖς ἅλωσιν προεφήτευσεν.

Ἐζεκίας ὕδασι κατάρρυτον ἐποίησε τὴν Ἱερουσαλήμ.

Ἐπὶ τούτου Μιχαίας προεφήτευσε κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὅτι Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται καὶ Ἱερουσαλὴμ ἄβατος ἔσται, καὶ οὐκ ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἐζεκίου. C

Τῷ ιδ' ἔτει Ἐζεκίου, κόσμου δὲ ͵δψοη', ἀνέβη Σενναχηρὶμ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ τὰς πόλεις Ἰούδα τὰς ὀχυρὰς καὶ ἔλαβεν αὐτάς· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἐζεκίας πᾶν τὸ ἀργύριον οἴκου κυρίου καὶ οἴκου τοῦ βασιλέως.

Τοῦ Ἰσραὴλ ι' ἐβασίλευσεν Ἰωάχαζ υἱὸς Ἰηοῦ ἔτη ιζ'. οὗτος ὑπόσπονδος Σύροις ἐγένετο, μετὰ δὲ ταῦτα πολεμήσας αὐτοῖς ἐρρύσατο τὸν Ἰσραήλ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δχλη'. D

Τοῦ Ἰσραὴλ ια' ἐβασίλευσεν Ἰωὰς ἔτη ις'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δχνε'.

Ἰωὰς βασιλεὺς Ἰσραὴλ τροπωσάμενος πολέμῳ τὸν Ἰούδαν συνέλαβεν Ἀμεσίαν τὸν βασιλέα Ἰούδα καὶ καθεῖλε τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ πήχεις υ', καὶ σκυλεύσας αὐτὴν ἐπανῆλθεν εἰς Σαμάρειαν.

2. προεφήτευεν G. 3. κατάρυτον B. 5. ζιῶν A. ἀροτριασθήσεται G. Correxi ex B. Vide Mich. III, 12. 6. ἰεζεκίου A. ἐζικίου B. 7. δψοθ' m. σεναχηρεὶμ AB. Σεναχερεὶμ G. Vide Reg. IV. 18, 13. 11. Βασιλεῖς Ἰσραὴλ praefixit G. ἰωαχὰς A. Ἰηοῦ] Ἰοὺ Reg. IV. 13, 1. 16. βασιλεὺς] ἐβασίλευσεν G. ἰούδαν B. Ἰούδα G. 17. τὰ add. B. 18. πήχεις B. πήχοις G.

reprehensa eius iactantia, instantem criminis poenam laudatarum videlicet divitiarum direptionem Esaias praenunciavit.

Hierusalem aquarum fluentis scaturientem reddidit Ezecias.

Eius tempore adversus Hierusalem Michaeas vaticinatus est: „Sion velut ager aratro subigetur et inaccessa fiet Hierusalem;" ex quo nullum ei mortis periculum ab Ezecia illatum.

Anno Ezeciae 14, vulgari autem mundi 4779, Sennacherim Assyriorum rex in civitates Iuda munitas exercitum movit et bello cepit; quare pacis habendae causa argentum omne domus domini, nec non regiarum aedium divitias Ezecias ei tradidit.

Reges Israël.

Israël rex 10 Ioachaz filius Ihu annis 17, mundi vero 4638.

Hic Syriis foedere primum iunctus, armis postmodum cum eis decertans, liberavit Israëlem.

Israël rex 11 Ioas annis 16, mundi vero 4655.

Ioas Israël regno potitus Iuda bello lacessitum fugat, Amesiam regem capit, moenium Hierusalem cubitos 400 evertit, et, praeda plurima secum abacta, in Samariam revertitur.

Τούτοις τοῖς χρόνοις προεφήτευσεν Ὠσηὲ, Ἀμὼς Ἰωνᾶς, Ναοὺμ, ἡνίκα καὶ Ἰωνᾶς ἐκπεμφθεὶς εἰς Νινευὶ εἰς Θαρσὶς φεύ-
P. 202 γει καὶ ὑπὸ κήτους καταποθεὶς τριήμερος ἀνεμεῖται. Θαρσὶς δὲ Ῥόδον καὶ Κύπρον Ἀφρικανὸς λέγει εἶναι.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιβ' ἐβασίλευσεν Ἱεροβωὰμ ἔτη μα' υἱὸς Ἰωάς. οὗτος ἀπέδωκε τὸ ὅριον Ἰσραὴλ κατὰ τὴν προφητείαν Ἰωνᾶ τοῦ Ἀμαθὶ τοῦ Γετθαίου τοῦ προφήτου. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δχοα'.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιγ' ἐβασίλευσε Ζαχαρίας μῆνας ς', μεθ' ὃν ιδ' Σελοὺμ ἡμέρας λ'. τοῦτον ἀποκτείνας Μαναὴμ ὁ τοῦ Γαδὶ ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη ι'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψιβ'.

B Τοῦ Ἰσραὴλ ιε' ἐβασίλευσε Μαναὴμ ἔτη ιβ'. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔτη ι' ἔχουσι. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψκβ'.

Οὗτος τοὺς μὴ δεχομένους αὐτὸν ἐν τάφοις διέφθειρε καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας ἀνέρρηξεν ἀσεβῶς.

Τοῦ Ἰσραὴλ ις' ἐβασίλευσε Φακεσίας υἱὸς Μαναὴμ ἔτη ι'. Ἀφρικανὸς δὲ ἔτη β'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψλγ'.

Τὸν Φακεσίαν ἀποκτείνας Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραήλ.

V. 162 Τοῦ Ἰσραὴλ ιζ' ἐβασίλευσε Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου ἔτη κη'
C κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψμγ'. οὕτω

2. καὶ — φεύγει om. B. Θαρσὶς] Vulgo Θαρσεὶς bis deinceps. 3. καταποθεὶς B. καταπωθεὶς G. 5. Ἱεροβοάμ B. Ἱεροβοὰμ G. 7. ἀμαθεὶ B. Γεταίου G. 9. σελοὺμ B. Σιλοὺμ G. Σελλοὺμ Reg. IV. 15, 10. 10. ἀπέκτεινεν G. Γαδδὶ Reg. IV. 15, 14. 14. τάκφοις B. 18. ἀπέκτεινεν G. 20. ῥωμελίου A. ῥωμελείου B.

His temporibus Osee, Amos, Ionas et Naum prophetae clarebant. At ubi Ionas Ninivem mittitur, in Tharsis fugiens et a ceto devoratus, triduanus evomitur. Tharsis porro vocabulo Rhodum vel Cyprum intellectam iubet Africanus.

Israël rex 12 Hieroboam filius Ioas annis 41 restauravit ille fines Israël iuxta Ionae filii Amathi Gettaei prophetae vaticinium; anno vero mundi 4671.

Israël rex 13 Zacharias mensibus sex, cui Silum rex 14 successit diebus 30, quem occidit Manahem filius Gaddi, et regnum tenuit annis 10, mundi vero 4712.

Israël rex 15 Manahem annis 12, plura exemplaria scribunt 10, mundi vero 4713.

Qui se regem agnoscere recusarent, occidit Manahem in sepulcris et mulieres uterum gestantes medias atrociter scidit.

Israël rex 16 Phacesias filius Manahem annis 10, ex Africani computo duobus, mundi vero 4723.

Phacesiam sustulit Phacee, filius Romeliae, et Israël tyrannidem arripuit.

Israël rex 17 Phacee, filius Romeliae, secundum accuratiorem calculum annis 28, mundi vero 4733.

γὰρ εὑρεθήσεται τὸ θ' ἔτος τοῦ ιη' καὶ τελευταίου βασιλέως τῶν ι' φυλῶν Ὠσηὲ συντρέχον τῷ ϛ' ἔτει Ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα κατὰ τὴν γραφὴν καὶ καλῶς, καθ' ὃ γέγονεν ἡ πρώτη τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσία. εἰσὶ μέντοι τινὰ τῶν ἀντιγράφων κ' ἔχοντα ἔτη τοῦ Φακεὲ, ὡς καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Εὐσέβιος, καὶ ἕτερα ιη', ἀλλ' οὐ χρὴ πείθεσθαι, διὰ τὴν εἰρημένην ἀναγκαίαν αἰτίαν.

Φακεὲ βασιλεὺς Ἰσραὴλ καὶ Ῥαασσὼν βασιλεὺς Συρίας πο- D
λεμήσαντες τῷ Ἄχαζ ἀνεῖλον τοῦ Ἰούδα ιβ' μυριάδας ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, γυναικῶν δὲ καὶ παίδων ἔλαβον κ' μυριάδας αἰχμαλώτους· οὓς συμβουλῇ Ἰωβὴλ τοῦ προφήτου ἀπέλυσαν.

Ἄχαζ δὲ τὸ ἐν τοῖς θησαυροῖς ἀργύριον πέμψας τῷ Ἀσσυρίων βασιλεῖ Θεγλαφασὰρ εἰς βοήθειαν αὐτὸν ἤγαγε, μὴ ὑπακούσας Ἡσαΐου τοῦ προφήτου κωλύοντος καὶ σημεῖον τὴν τίκτουσαν παρθένον διδόντος, ὃς ἐλθὼν τήν τε Συρίαν καὶ τὸν Ἰσραὴλ πορθεῖ καὶ τοῦ λαοῦ πλεῖστον ἀποικίζει εἰς Ἀσσυρίους.

Ὠσηὲ δὲ ἀνελὼν τὸν Φακεὲ ἐβασίλευσε.

Πολλὰ καμὼν περὶ τῆς συμφωνίας τῶν δύο βασιλειῶν τῶν P. 208
Ἑβραίων τῶν διαιρεθεισῶν μετὰ Σολομῶνα ἕως Ἐζεκίου βασιλέως Ἰούδα καὶ Ὠσηὲ βασιλέως Ἰσραὴλ ιη' καὶ ἐσχάτου τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, διὰ τὸ τὰς ἱερὰς τῶν βασιλέων δέλτους μὴ ἀκριβῶς

2. συντρέχον m. συντρέχων G. 3. καλῶς anonymus. Legebatur οὐ καλῶς. 4. μέντοι] μὲν G. 7. ῥασσῶν AB. 8. τοῦ] τὸν τοῦ B. 12. θεγλαφασὰρ AB. Θαγλαφασὰρ G. βοήθειαν] συνήθειαν G. αὐτὸν om. G. 15. ἀποικίζει] ἀπῳκίζει AB. ἀπῴκισεν G. 17. βασιλειῶν m. βασιλέων G. 19. τῶν ἐν] ἐν τῇ G.

Hac quippe ratione, quae nusquam apud me valet, decimi octavi et ultimi regis tribuum decem Osee annus nonus, ad scripturae mentem in Ezeciae regis Iuda 6, ad quem Israël captivitas prima contigit, incidet. Caeterum codices nonnulli, quos sequuntur Africanus et Eusebius annos 20 assignant, alii 18 duntaxat, quibus nulla tenus attendendum, ob validam illam rationem adductam.

Phacee Israël et Raasson Syriae reges regem Achaz hostiliter aggrediuntur, et una die ex Iuda hominum myriadas duodecim trucidant, mulierum vero ac puerorum myriadas 20 abducunt captivas, quas tamen Iobel prophetae suasibus liberas dimiserunt.

Achaz missis, ad Thaglathphellasar Assyriorum regem, quas in thesauris repositas invenit opibus, ad amicitiam secum ineundam pellexit, contemptis Esaiae prophetae in fidei argumentum virginem parituram polliciti monitis. Ille valido exercitu Syriam et Israël depopulatur, populique copiam immensam in Assyrios captivam transportavit.

Osee occiso Phacee regnum occupavit.

Ut geminum Hebraeorum regnum a Salomonis aetate ad suum usque et Osee regis Israël 18 et ultimi in Samaria regnantis tempus, divisum in unum coiret, omni studio Ezecias contendit.

Sane cum ita sit, ut sacri de regum gestis codices quoto anno regum

ἐμφαίνειν ἐν ποίῳ χρόνῳ τῶν βασιλέων Ἰούδα ἕκαστος τῶν ἐν Σαμαρείᾳ βασιλευσάντων ἤρξατο βασιλεύειν, μηδ' αὖ πάλιν ἕκαστος τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλευσάντων ἐν ποίῳ ἔτει τῶν βασιλέων Ἰσραὴλ ἤρξατο κρατεῖν, μόλις ἠδυνήθην σύμφωνον εὑρεῖν τὸ πρῶτον ἔτος Ὠσηὲ πρὸς τὸ ιβ' Ἄχαζ, διὰ τὸ πάντα σχεδὸν B τὰ ἀντίγραφα τὸν Φακεὲ υἱὸν Ῥομελίου ἢ ιη' ἔτη ἢ κ' λέγειν κεκρατηκέναι τῶν ἐν Σαμαρείᾳ ι' φυλῶν. ἐν ἑνὶ δὲ ἀντιγράφῳ λίαν ἠκριβωμένῳ κατά τε στιγμὴν καὶ προσῳδίαν ἐκ τῆς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας ἐλθόντι εἰς ἐμὲ βιβλιοθήκης, ἐν ᾧ καὶ ἐπεγέγραπτο ὡς ὁ μέγας καὶ θεῖος Βασίλειος τὰ ἐξ ὧν ἐκεῖνο ἀπεγράφη ἀντιβαλὼν διωρθώσατο βιβλία, ἐν τούτῳ οὖν εὗρον κη' ἔτη τῆς βασιλείας Φακεὲ, καὶ συγκρίνας πρὸς τὸ εἰρημένον ιβ' ἔτος Ἄχαζ μᾶλλον ἐγγίζειν τὸ πρῶτον ἔτος Ὠσηὲ κατὰ τὴν τῶν βασιλειῶν γραφὴν, οὕτω καὶ ἐστοιχείωσα. φησὶ γὰρ πρὸς λέξιν ἡ δ' τῶν βασιλειῶν „ἐν ἔτει ιβ' Ἄχαζ βασιλέως Ἰούδα ἐβασίλευC σεν Ὠσηὲ υἱὸς Ἠλὰ ἐν Σαμαρείᾳ ἐπὶ Ἰσραὴλ θ' ἔτη." εἰ τοίνυν δῶμεν τὸν Φακεὲ, ὡς τὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, οἷς καὶ Εὐσέβιος ἠκολούθησεν, ἔτη ιη' ἢ καὶ κ', εὑρεθήσεται ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας Ὠσηὲ τῷ β' ἔτει πληρουμένῳ τοῦ Ἄχαζ καὶ ἀρχομένῳ τῷ τρίτῳ. τὸ δὲ τέλος, ὅπερ ἐστὶν θ' τοῦ αὐτοῦ Ὠσηὲ, τῷ ια'

6. ῥωμελίου AB. 8. ἐν καισαρείας A. 10. ἐκεῖνο m. ἐκείνῳ G. 15. δ'] Cap. XVII, 1. 18. ἢ καὶ B. καὶ om. G. 19. β' Bm. ιβ' G. πληρουμένῳ m. πληρουμένου G. ἀρχομένῳ Bm. ἀρχομένου G.

Iuda regum Israël singuli Samariae regnum adierint; et ex adverso quo regum Israël anno singuli quique regum Iuda moderari coeperint, non aperte significent; attentis et profundius expensis regum aetatibus et annis, vix ac ne vix quidem Osee annum primum in Achaz duodecimum convenientem potui deprehendere; quod Phacee filium Romeliae, vel annis 18 vel certe 20, tribuum duodecim regnum in Samaria tenuisse cuncta ferme exemplaria testentur; alter tamen codex ob summam cum accentuum tum propriorum cuique dictioni characterum integritatem commendatus, et ex Caesariensi Cappadociae bibliotheca ad manus meas delatus, cuius insuper praefixa inscriptio libros priores ex quibus exscriptus fuerat, a magno Basilio comparatos ad invicem et correctos defert argumentum; codex, inquam, ille annos Phacee regno assignandos octo et viginti repraesentat; quare computis ad invicem collatis ad praefatum Achaz annum 12 Osee primum iuxta Regnorum et scripturae verba propius accedere animadverti; atque hunc in modum regum laterculum mihi digestum est. Sacer quippe Regnorum liber 4 verbo tenus exprimit. „Anno 12 Achaz regis Iuda regnavit Osee filius Ela in Samaria super Israël annos 9." Concessis igitur, ut exemplaria quaedam exigunt, iisque Eusebius assentitur, Phacee annis 18 aut 20 exordium regni Osee in annum secundum Achaz iam completum, et ineuntem iam tertium incidere, terminum autem, qui eiusdem Osee nonus

Ἄχαζ, καὶ εὑρεθήσεται ἡ αὐτὴ θεία γραφὴ οὐ μόνον ἐν τούτῳ σφαλλομένη, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ φάσκειν ἔπειτα ὅτι καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ δ' βασιλεῖ Ἐζεκίᾳ, αὐτὸς ὁ ἐνιαυτὸς ζ' Ὠσηὲ υἱῷ Ἠλὰ βασιλεῖ Ἰσραὴλ, ἀνέβη Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ V. 163
Σαμάρειαν, καὶ τὰ ἑξῆς. λείπεται γὰρ τὸ δ' ἔτος Ἐζεκίου ἐκ τοῦ D
ιη' ἔτους Φακεὲ, β' δὲ Ἄχαζ, οὐχ ἑπτὰ, ἀλλὰ ιδ', ἅ ἐστι διπλασίονα, πρὸς δὲ τὴν ἀκριβῆ στοιχείωσιν συμφωνεῖ. τῷ ια' ἔτει Ἄχαζ βασιλέως Ἰούδα τὸ θ' ἔτος Ὠσηὲ συνέταξεν Εὐσέβιος ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ· ὅπερ πάντῃ ἀσύμφωνον.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιη' καὶ τελευταῖος ἐβασίλευσεν Ὠσηὲ ἔτη θ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψοβ'.

Χαλδαίων βασιλεῖς. P. 204

Τὸ πρῶτον ἔτος Ναβονασάρου Χαλδαίων βασιλέως ἀπὸ τοῦ ,δψμς' ἔτους τοῦ κόσμου δεῖ ἀριθμεῖν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἕως τελευτῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἔτη υκδ', ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀλεξάνδρου τελευτῆς ,ερο'.

Σαλμανασὰρ ὁ καὶ Ναβονάσαρος Χαλδαίων πρῶτος ἐβασίλευσεν ἔτη κς'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,δψμς'.

Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων κατὰ τοῦ Ὠσηὲ ἐλθὼν τὴν Σαμάρειαν καὶ τὸν Ἰσραὴλ ὑπόφορον ἔθετο. ἔπειτα δὲ μαθὼν B

2. ἔπειτα] Cap. XVIII, 9. 3. βασιλείας Ἐζεκία G. υἱοῦ Ἠλοῦ βασιλέως G. 5. τὸ δ'] ἐπὶ τὸ α' m. 7. τὸ ἡμέτερον συμφωνεῖ m. 13. ναβονασάρου B. ναβονασσάρου A. Ναβουνασσάρου G. 14. ,δψμζ' m. τελευτῆς B. τελευτὴν G. 15. τοῦ Μακεδόνος — Ἀλεξάνδρου om. B. 17. ναβονάσαρος B. ναβονασαῖος A. Ναβονεσαῖος G. 18. κε' et ,δψμζ' m.

est, Achaz undecimo aequalem annotabimus; ipsaque sacra scriptura non in hoc modo arguetur fallaciae, sed in eo pariter, quod subiungit: et factum est in anno quarto regis Ezeciae, ipse est 7 Osee filii Ela regis Israël, adscendit Salmanasar Assyriorum rex in Samariam, cett. Ab anno quippe Phacee 18, et ab Achaz 2, non septem modo, sed annorum 14 summa deesse comperitur; computus autem noster accuratae rationi concors iudicatur. Achaz regis Iuda anno 11 Osee nonum composuit Eusebius, quod penitus absonum.

Israël 18 et postremus rex Osee annis 9, mundi vero 4761 usque ad 4770.

Chaldaeorum reges.

Nabonassari Chaldaeorum regis annum primum a communi mundi 4747, et ab eo deinceps ad Alexandri Macedonis obitum annos 424, adeo ut ab Adamo ad Alexandri mortem anni putentur 5170.

Salmanasar, qui et Nabonassarus, Chaldaeorum rex 1 tenuit imperium annis 25, a vulgari mundi anno 4747.

Salmanasar Assyriorum rex bello Osee moto Samariam et Israël vectigales reddidit. De Osee postmodum, qui missis legatis Adramelech Ae-

τὸν Ὠσηὲ πρεσβευόμενον εἰς βοήθειαν ἐλθεῖν τῷ Αἰθίοπι Ἀδραμέλεχ, τῷ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ Σηγὼρ βασιλεῖ Αἰγύπτου, τόν τε Ὠσηὲ καθεῖρξεν ἐν φυλακῇ καὶ τὰς ι′ φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἠχμαλώτευσεν. ἡ τῶν ἐν Σαμαρείᾳ δέκα φυλῶν λεγομένων τοῦ Ἰσραὴλ βασιλευομένων Ἑβραίων ἀρχή.

Τούτῳ τῷ ζ′ ἔτει Ὠσηὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως αὐτῶν ἤρξατο πολιορκεῖσθαι, ὅπερ ἦν ἀρχὴ τοῦ δ′ ἔτους Ἐζεκίου, ὥς φησιν ἡ δ′ τῶν βασιλειῶν, ὅτι ἐγένετο ἐν τῷ ἔτει τῷ δ′ βασιλεῖ C Ἐζεκίᾳ, αὐτὸς ὁ ἐνιαυτὸς ζ′ Ὠσηὲ υἱῷ Ἠλὰ βασιλεῖ Ἰσραήλ, ἀνέβη Σαλμανασὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ Σαμάρειαν καὶ ἐπολιόρκησεν αὐτὴν καὶ κατεβάλετο αὐτήν, ἀπὸ τέλους τριῶν ἐτῶν ἐν ἔτει ϛ′ Ἐζεκία. οὗτος ἐνιαυτὸς θ′ τῷ Ὠσηὲ βασιλεῖ Ἰσραήλ. καὶ συνελήφθη Σαμάρεια καὶ ἀπῴκισε βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὴν Σαμάρειαν εἰς Ἀσσυρίους καὶ ἔθηκεν αὐτοὺς ἐν Χαλχὰλ καὶ ἐν Ἀβὼρ ποταμῷ Γωζὰν καὶ ὄρη Μήδων, ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου θεοῦ αὐτῶν. αὕτη πρώτη τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσία πέφυκεν εἰς Ἀσσυρίους, ἥτις γέγονεν ἀρχομένῳ ϛ′ ἔτει Ἐζεκίου, κοσμικῷ δὲ ἔτει ͵δψο′ πληρουμένῳ. διήρκεσε δὲ ἡ αὐτὴ τῶν δέκα φυλῶν βασιλεία ἐν Σαμαρείᾳ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως αὐτῶν D Ἱεροβωὰμ δούλου Σολομῶνος ἐν βασιλεῦσι ιη′, ἔτεσι δὲ σξ′.

1. συνήθειαν G. 2. σιγὼρ B. 4. ἠχμαλώτευσεν B. ἠχμαλώτισεν G. 5. ἔληξεν ἀρχὴ m. 6. τὰς τελευταίας βασιλείας G. Correctum ex Bm. 7. δ′] Cap. XVIII, 9. 8. βασιλέως Ἐζεκία G. 9. υἱοῦ Ἠλᾶ βασιλέως G. 10. σαμάρεια B. 11. καὶ κατεβάλετο (κατεβάλλετο A.) αὐτὴν addidi ex AB. τριῶν ἐτῶν] γ′ ἔτους G. 12. συνελείφθη AB. 13. Vulgo ἀπῴκησεν. 14. Vulgo ἔθηκαν. Χαλχὰλ] Ἀλαὲ Reg. 15. ὄρη] ὄρεσι p. 205 c. 16. θεοῦ] τοῦ θεοῦ G. 20. ἱεροβοὰμ B. Ἱεροβοὰμ G. σαλομῶντος B. Σολομῶντος vulgo.

thiopem Aegypto proximum, et Segor (Taracem) Aegypti regem in belli societatem vocaverat, certior factus, ipsum Osee captum coniecit in vincula et Israëliticas decem tribus in servitutem misit. Tribuum decem Israël vocatarum, et Hebraeorum Samariae subditorum regnum hic desiit.

Isto regis Israël ultimi anno 7, qui fuit Ezeciae 4, iniit obsidio Samariae, scriptura Regnorum 4 referente: et factum est in anno 4 regis Ezeciae, (ipse annus 7 Osee filii Ela regis Israël), adscendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam et obsedit eam, a fine tertii anni, in anno sexto Ezeciae, ipse annus nonus Osee regis Israël. Et capta est Samaria et transtulit rex Assyriorum Samariam in Assyrios; et posuerunt eos in Alae et Abor fluvio Gozan et ore Medorum; eo quod non obediverint voci domini dei sui. Haec captivitas Israël prima et ad Assyrios migratio anno Ezeciae 6 ineunte, communi vero mundi 4770 completo facta est. Stetit autem tribuum decem regnum per reges 18 sibi succedentes ab Hieroboam Salomonis servo earum rege primo annis 260. A mundi siquidem

ἀπὸ γὰρ τοῦ κοσμικοῦ ,δφιγ′ ἀρξαμένη εἰς τὸ ὑποτεταγμένον ,δψοα′ ἔληξε, κατὰ δὲ Ἀφρικανὸν ,δψν′, κατὰ δὲ Εὐσέβιον ,δυνε′. Εὐσέβιος δὲ ὁ Καισαρεὺς σν′ ἔτη ἐπελογίσατο καὶ ἄλλοι σμϛ′, πλὴν τὸ ἀκριβέστερον. καὶ τῇ γραφῇ τῶν βασιλειῶν συμφωνότερον ὡς πρὸς τὸ ϛ′ ἔτος Ἐζεκίου καὶ αὐτὸ ἀρχόμενον συναντᾷ τὸ θ′ ἔτος Ὠσηὲ καὶ αὐτὸ πληρούμενον. οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν τὸ τέλος τοῦ θ′ ἔτους Ὠσηὲ ἀρχὴν τοῦ ϛ′ ἔτους Ἐζεκίου. οὕτως γὰρ ἂν ὀρθῶς νοηθείη.

Ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς ὑπὸ Σαλμανασὰρ γενομένης τῶν ί φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ τῶν ἐν Σαμαρείᾳ ἦν Τωβίας ὁ δικαιότατος φυλῆς Νεφθαλεὶμ ἐν Νινευὶ τῇ πόλει. οὗτος τοὺς ὑπὸ Σαλμανασὰρ καὶ τῶν λοιπῶν Χαλδαίων ἀναιρουμένους θάπτων διαγνω- P. 205
σθεὶς φεύγει καταλείψας τὴν κτῆσιν αὐτοῦ. τοῦ δὲ Σενναχηρὶμ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τῶν τέκνων αὐτοῦ καὶ τοῦ Σαλμανασὰρ ἀποθανόντος, Ἀρχεδὼν υἱὸς Σενναχηρὶμ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἀδελφιδοῦν V. 164
τοῦ Τωβίου Ἀρχίκαρον ἔταξεν ἐπὶ τὴν ἐκλογιστείαν, ὃς τὸν Τωβίαν αἰτήσας ἔλαβε παρὰ τοῦ βασιλέως. ὁ δ᾽ αὐτὸς ὥρᾳ καύματός τινα τῶν Ἑβραίων θάψας ὕπνωσεν ἐν τῇ αὐλῇ παρὰ τὸ τεῖχος ὑπὸ στρούθων νοσσιῶν, τούτου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφοδεύσαντες ἐπήρωσαν οἱ στροῦθοι. ὁ δὲ πρεσβύτατος ἅμα καὶ τυφλὸς ὢν ἐν B
Ῥαγαῖς τῆς Μηδείας τὸν υἱὸν ἀποστέλλει Τωβίαν πρός τινα

1. τεταγμένον G. 3. ἐπελογήσατο AB. ἄλλοις μϛ′ AB. 11. νηνευῒ B. Debebat potius Νινευή. 13. σεναχηρεὶμ AB. Σεναχερεὶμ G. 14. τέκνων] παίδων G. 15. ἀρχεδὼν B. Ἀρχεδὼμ G. Ἀσαρδὰν m. σεναχειρὶμ B. σεναχηρεὶμ A. Σεναχερεὶμ G. 16. ἐκλογιστείαν B. ἐκλογιστίαν G. 18. ὑπνώσας G. 21. Μηδίας m.

4513 initio ducto, praefato 4771 finem ultimum reperit; qui secundum Africanum 4750 contigit; prout autem scribit Eusebius 4555, Eusebius quidem Caesariensis annos 250 colligit, alii solos 246. Ea vero est fidelissima omnium ratio, quae Ezeciae annum 6 ineuntem Osee nono iam finito copulat; ita namque Osee noni finem Ezeciae sexti principio coniunctum opinari necesse est; eo quippe pacto computus hic recte concipitur.

Ex tribuum decem in Niniven a Salmanasar ducta captivitate Tobias e tribu Nephthalim civium Samariae iustissimus unus extitit. Hic contribules a Salmanasar et reliquis Chaldaeis interfectos sepelire deprehensus, bonis relictis, fuga salutem quaerere cogitur. Sennacherim autem a filiis occiso et Salmanasar pariter vivis erepto, Asordan Sennacherim filius Assyriorum rex Archicarum Tobiae nepotem regni computis praefecit, qui Tobiam sibi donari precatus, eum a rege recepit. Tobias deinde iustis cuidam Hebraeo persolutis, diurni aestus hora somno correptus, et ad areae murum sub passerculorum nido quiescenti, eiectum et lapsum in oculos avicularum stercus caecitatis causa fuit. Senectute gravis et oculis orbus filium nominis sui Tobiam ad contribulem quendam Raguel argenteo-

Γαβαὴλ ὁμόφυλον ἀγαγεῖν παρακαταθήκην ταλάντων ἀργυρίων δέκα. ὁ δὲ ἀπιὼν μισθωτὸν ὁδοδείκτην ἐπιζητήσας εὗρεν ἀγνοῶν Ῥαφαὴλ τὸν ἀρχάγγελον, ὑφ᾽ οὗ μυηθεὶς τὰ περὶ τῆς χολῆς τοῦ ἰχθύος καὶ τοῦ ἥπατος καὶ τῆς καρδίας, τά τε κατὰ τὴν δαιμονιῶσαν συγγενίδα πράττει καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ πατρὸς ἀνοίγει ἐπανελθών.

Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι τῇ παρούσῃ αἰχμαλωσίᾳ ζητῆσαι πῶς τῆς τῶν Ἀσσυρίων βασιλείας πρὸ ϟϛ´ ἐτῶν καθαιρεθείσης ὑπὸ
C Ἀρβάκου τοῦ Μήδου τοῦ ταύτην εἰς Μήδους μετενέγκαντος ἡ γραφὴ τὸν Σαλμανασὰρ βασιλέα Ἀσσυρίων καλεῖ καὶ τὴν ἀποικίαν εἰς Ἀσσυρίους φησὶ τῶν ι´ φυλῶν. εἶτα τὴν τοπικὴν θέσιν τῆς κατοικίας αὐτῶν ἐν Χαλχὰλ καὶ ἐν Ἀβὼρ ποταμοῖς Γωζὰν καὶ ὄρεσι Μήδων. ἢ δῆλον ὅτι Μήδων μὲν γένος κατὰ διαδοχὴν ἀπὸ Ἀρβάκου ἐβασίλευσεν, ἡ δὲ βασιλεία καὶ Ἀσσυρίων ἐλέγετο διὰ τὸ εὐγενὲς καὶ παλαιὸν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ τῆς χώρας ὄνομα, καὶ Μήδων διὰ τὸ ὄψιμον τῆς ἐξουσίας καὶ τὴν χώραν Μηδείαν λεγομένην. Σαλμανασὰρ δὲ καλῶς ἄν, οἶμαι, νοηθείη αὐτὸς οὗτος ὁ ἀπὸ Ἀρβάκου βασιλεύων Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, ὃς ἦν
D τῶν Ἀσσυρίων μὲν ἀρχηγὸς, ὑπὸ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἄρτι καταπεταγμένος. οὕτω γάρ φασιν οἱ τὰ Βαβυλωνιακὰ γράψαντες, ὅτι Ἀρβάκης τὴν βασιλικὴν προσηγορίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰς Μή-

1. Γαβαὴλ] Ραγουὴλ G. 2. ὁδοῦ δεικτὴν G. 3. μνησθεὶς G. 13. ὄρεσι μήδων B. Ορεσι καὶ Μήδων G. 16. Μηδείαν] μηδίαν A recte. 18. καὶ Μήδων delet m. 19. ἄρτυ B. 21. τὴν] τῶν G. βασιλικὴν B. βασιλέων G.

rum decem talentorum sponsione exhibita summam relaturum in Rages Mediae civitatem mittit. Profectus ille viae ducem mercede conducturus, archangelum Raphaël inscius reperit, a quo monitus, quae fel, cor et iecur piscis, tum quae cognatam daemonio vexatam spectant, exsequitur; domumque reversus oculos patri restituit.

Captivitatis equidem, de qua sermo, narrationi magnam accessionem me facturum reor, si, Assyriorum regno ante annos 96 ab Arbace everso et ad Medos ab eodem translato, qua demum ratione Salmanasar Assyriorum regem, et, quod rem spectat, deportatas ad Assyrios tribuum decem reliquias affirmet scriptura, sermonem instituam. Quis captivitatis loci situs, quae terra recepit habitaturos in Alae et in Abor fluviis Gozan et in ore Medorum. Succiduis temporibus Medorum genus ab Arbace imperium tenuisse procul est omni dubio. Regnum autem ipsum, qua vox Assyriorum nobilitate, antiquitate et regionis appellatione spectata signabat, qua Medorum nomen ob nuperam potestatem, et ipsam Mediae provinciam indigitabat. Salmanasar porro ille, de quo frequentior hic memoria, non absurde, me quidem iudice, qui ab Arbace Assyriorum moderator institutus est, qui Assyriorum quidem princeps fuerit, verum Arbacis potestati plene modo subiectus. Ita referunt rerum Babylonicarum scriptores: Arbacem nimirum, regum appellationem et opes ad Medos transtulisse, re-

δους μετήγαγεν. Ἀσσυρίων δὲ βασιλέα κατέστησε Βέλεσυν ὑπ' αὐτὸν δηλονότι. καὶ οὗτοι λοιπὸν ἦσαν κατὰ διαδοχὴν ὑπὸ Μήδους τεταγμένοι, ὥς τισι δοκεῖ, ἕως τοῦ η' βασιλέως Ἀσσυρίων καὶ Μήδων Δαρείου τοῦ καὶ Ἀστυάγους, ὃν Κῦρος καθελὼν εἰς Πέρσας τὴν βασιλείαν μετήνεγκεν, ὥς τισιν ἔδοξεν. ἕτεροί φασι μετὰ Σαρδανάπαλλον κρατῆσαι καὶ τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς Νίνον, ὥς που καὶ Κάστωρ ἐν τῷ κανόνι αὐτοῦ φησιν ὧδε· Πρώτους P. 206 μὲν οὖν τοὺς Ἀσσυρίων βασιλεῖς κατετάχαμεν, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Βήλου πεποιημένους, τῷ δὲ τὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτη μὴ παραδεδόσθαι σαφῶς τοῦ μὲν ὀνόματος μνημονεύομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήμεθα, καὶ καταλήγομεν ἐπὶ Νίνον τὸν διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν παρὰ Σαρδαναπάλλου. ἐκ δὲ τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ μνημονευομένων ὀνομάτων φαίνονται τρεῖς ἀρχαὶ πρὸ τῆς Κύρου βασιλείας μετὰ Σαρδανάπαλλον. ἕως γὰρ τούτου λόγος κρατεῖ Ἀσσυρίους ἄρχειν τῶν δύο λοιπὸν, λέγω δὴ Μήδων καὶ Χαλδαίων, μετὰ δὲ Σαρδανάπαλ- B λον ποτὲ μὲν Μήδους ἄρχειν τῶν Ἀσσυρίων, ποτὲ δὲ Χαλδαίους. καὶ ἡ μὲν τῶν Μήδων ἀρχὴ ἤδη ἀνωτέρω ἡμῖν ἐν κανονίῳ ἐστοι-

1. ἤγαγεν G. βελεσὺν A. Βέλεσιν Scaliger p. 46. 2. οὗτοι B. οὕτω G. 5. μετήνεγκεν] μετήγαγεν G. 6. σαρδανάπαλλον B. Σαρδανάπαλον G. 7. Κάστωρ] Apud Eusebium I, 13. p. 37. 8. οὖν] εἶναι G. ἀσσυρίων B. Ἀσσυρίους G. 9. τὰ Scaliger. τῷ G. om. B. ἔτη Scaliger. Vulgo ἔτει. 10. παραδεδῶσθαι B. μνημονεύωμεν B. 11. πεποιήμεθα B. πεποιήκαμεν G. 12. νίνου A. παρὰ] ἀπὸ G. Vulgo Σαρδαναπάλου. σαρδανάπαλον B. 14. πρὸ] πρὸς B. 15. λογοκρατεῖ G. Ἀσσυρίων G. ἄρχειν B. ἀρχὴν G. 16. μετὰ δὲ τὸν G. Vulgo Σαρδανάπαλον.

gem autem Assyriis Belesym, sibi videlicet subditum dedisse. Hunc in modum nonnullis ita sentientibus Medis suppositi regnum excipiebant Assyrii ad Darium usque Medorum et Assyriorum principem octavum, cui nomen etiam Astyages, quo sublato, ut quibusdam visum, ad Persas regnum transtulit Cyrus. Post Sardanapalum Assyriorum imperium Ninum obtinuisse alii asserunt, e quorum numero prodiit Castor, qui canonis ab eo editi nonnullo loco in haec verba scribit. Primo quidem ordine reges Assyriorum generis et imperii seriem a Belo ducentes locavimus, quamquam de eius imperii tempore certa et aperta notitia non constet. Nominis equidem agimus memoriam; a Nino quoque Chronographiae principium duximus et in Ninum Sardanapali successorem desinimus. Imperiorum porro divino scripturae textu celebratorum et trium maxime nationum nomina tempore Cyrum praeeunte et Sardanapalum sequuto offerunt se perpendenda. Ad eius enim aetatem de Assyriis in scriptura praecipua fit mentio; reliqua duo imperia Medorum, dico, et Chaldaeorum ita inter se ad invicem legimus comparata, ut Sardanapalo succedentibus annis, qua Medos Assyriis dominatos, qua Chaldaeos imperasse comperiamus. Et Medorum quidem imperium ab Arbace derivatum proprio sibi laterculo

V. 165 χειώθη ἰδιάζοντι ἀπὸ Ἀρβάκου· ἡ δὲ τῶν Χαλδαίων λείπεται στοιχειωθῆναι, ἥτις ἀπὸ Σαλμανασάρ, ὃν καὶ Ναβονάσαρον καλοῦσι, λαμβάνεται παρά τε Χαλδαίοις ἐν τῇ τῶν ἀστέρων ψηφοφορίᾳ καὶ παρὰ τοῖς Ἑλλήνων μαθηματικοῖς, ὡς μαρτυρεῖ καὶ ὁ σοφώτατος Κλαύδιος Πτολεμαῖος ἐν τῇ μεγάλῃ συντάξει τῇ τῆς ἀστρονομίας, τοῖς ἀπὸ Ναβονασάρου χρώμενος ἔτεσιν,
C ἔν τε ταῖς τῶν δύο φωστήρων ἐποχαῖς συνόδοις τε καὶ πανσελήνοις καὶ ταῖς κατ' αὐτὰς συμβαινούσαις σεληνιακαῖς καὶ ἡλιακαῖς ἐκλείψεσιν, ἔν τε ταῖς τῶν πέντε πλανωμένων κατὰ μῆκος καὶ πλάτος ψηφοφορίαις καὶ τῶν λοιπῶν ἀπλανῶν ἀστέρων. πάντων γὰρ αὐτὴν ἀκριβεστέραν ὁμολογοῦσιν εἶναι, συνάγουσαν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Ναβονασάρου ἐπὶ τὸ πρῶτον ἤτοι ζ' ἔτος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων καὶ Περσῶν καὶ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης βασιλεύσαντος ἔτη υιθ', ἐπὶ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἔτη υκδ'. ἐπεὶ δὲ συμφωνεῖν ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα
Alexandriae antistitis aetate vigens veritatem in plerisque attigit, ad Christi ortum salutis nostrae parentem historia deducta, eodemque in annum 5493 reiecto totis septem annis a vero deflexit. Haec autem fuit admissi ab eo erroris causa. Ad annum siquidem Philippi Aridaei post Alexandrum Macedonem Macedonibus imperantis primum, ad quem pariter annum Claudius Ptolemaeus expeditarum regularum computum figendum decrevit, ipse cum Aegyptiaci tum pariter anni Graeci mensis Thoth Aegyptiis dicti die primo (qui Augusti 29 est, et novae periodi reparator) aequale statuit ducendum initium, et mundi natalibus annum 5170 principium illud ducendum omnium testimonio probatum est. Ab eiusdem vero Philippi anno primo ad Cleopatrae cladem ultimam ex astronomicorum canonum calculis anni colliguntur 294, quam ob rem a mundi anno 5170 ad eversum Cleopatrae regnum anni fiunt 5463, quae summa eadem, iuxta hoc assertum, ab Adami conditu ad terminum eundem colligenda, quod certe ecclesiasticae traditioni nulla tenus consonat; ita namque fit, ut annus Augusti tertius supra 40, quo dominus noster carnem suscepit, loco sibi debito anterior multo veniat obviam; a devicta quippe Cleopatra et subacta Aegypto annos duntaxat 43 imperasse a mathematicis Augustus asseritur; quibus, ceu vero, si praebuerimus fidem circa mundi 5505, qui salvatoris aetatis quintus est, vita functus Augustus idem reperietur. Et hoc quidem nulli non manife-

δὲ κατὰ τὸν Αὐγούστου Καίσαρος θάνατον ιε' ἐγγὺς ἦγεν ἔτος ὁ κύριος καὶ κατὰ τὸ ιε' ἔτος Τιβερίου Καίσαρος ὡσεὶ ἐτῶν ἦν λ', ὡς τὰ λόγια, καὶ τοῦτο προφανές. ἔσται ἄρα ὁ μὲν Αὐγούστου Καίσαρος θάνατος μεταξύ που τοῦ ‚εφιδ' κοσμικοῦ ἔτους καὶ τοῦ ‚εφιε', ἡ δὲ ἀρχὴ τῆς ὅλης βασιλείας αὐτοῦ τῷ ‚ευνη'. Πανόδωρος δὲ τῇ μαθηματικῇ ἐξακολουθῶν ἐκδόσει τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς Αὐγούστου βασιλείας τῷ ‚ευνα' ἔτει τοῦ κόσμου ἐστοιχείωσε, τὸ δὲ τέλος τῷ ‚εφϛ', τὴν δὲ σωτήριον γέννησιν τῷ ‚ευϟγ', οὐ καλῶς διανοησάμενος. C

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ‚εφλδ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λδ'.

Πρώτῃ ἡμέρᾳ τούτου τοῦ ἔτους, Μαρτίου κε', ἡμέρᾳ κυριακῇ, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἀνέστη τριήμερος, καὶ ὤφθη πρῶτον ταῖς μυροφόροις, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις, οὓς καὶ ἀπέστειλεν εἰς πάντα τὰ ἔθνη διδάσκειν τὰ περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος δόγματα, ἀναληφθεὶς εἰς D οὐρανοὺς τῇ μ' ἡμέρᾳ, Μαΐου γ', καὶ πέμψας αὐτοῖς τὸ παράκλητον πνεῦμα, τῇ ἁγίᾳ πεντηκοστῇ ἡμέρᾳ, διαμερίζων αὐτοῖς γλώσσας πυρίνας καὶ τὰ λοιπὰ θεῖα χαρίσματα. Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ καὶ Ἰωάννῃ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἡγεῖσθαι προσέταξεν ὁ κύριος, ὡς ἂν μὴ ἐπιδικάζοιν-

4. που τοῦ addidi ex BP. 6. μαθητικῇ B. 10. ἔτος AB. 11. ἔτη] ἔτει G. ἔτος AB.

stum. Quod autem dominus circa Caesaris Augusti mortem annum circiter decimum quintum iam attigisset et circa Tiberii Caesaris quintum ac decimum aetatis propriae tricesimum numeraret, sacris scripturae verbis id attestantibus constat. Illud quoque a dubio procul est Augusti Caesaris mortem inter mundi 5514 et 5515 auditam, imperii vero totius primordia ad annum 5458 revocanda. Caeterum Panodorus mathematicorum sectator institutorum nullo certo ductus indicio imperii quidem Augusti principium anno 5451, finem vero 5506 et tandem salutis reparatorem ortum 5493 inscripsit.

ANNI MUNDI 5534.

Divinae Incarnationis an. 34.

Die anni praesentis primo, Martii 25, qui dominicus extitit, dominus noster et deus Iesus Christus triduo sepultus, a mortuis resurrexit, et pigmentiferis mulieribus primum, deinde apostolis visus, illos in nationes diversas sanctae et unius naturae trinitatis fidem annunciaturos delegavit; die vero 40, id est Maii 3, in caelos assumptus est; et sacro pentecostes die cum spiritum paracletum in eos immisisset, una cum divisis in eosdem linguis reliquas impertivit gratias. Caeterum Petro et Iacobo domini fratri et Ioanni, ut reliquis praeessent apostolis ac de gloriola ne decertarent ad invicem sedulo post

V. 261 το δόξης· οἳ καὶ πρῶτον Ἱεροσολύμων εἵλαντο τὸν αὐτὸν Ἰάκωβον, ὥς φησι Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων· ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐν ζ' συνῳδά φησιν ὧδε· Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ P. 328 Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος. οὗτοι τοῖς λοιποῖς παρέδωκαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ο', ὧν εἷς ἦν πρῶτος ἐπίσκοπος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλδʹ.

Τῆς θείας καὶ ὑπερενδόξου σαρκώσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτη λδʹ.

Κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας οἱ μαθηταὶ ἐπηρώτων τὸν κύριον ἐν B τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ.

Τῷ αὐτῷ ἔτει Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται.

Δύο ἦσαν Ἰάκωβοι, ὅ τε ἀδελφόθεος υἱὸς ὢν τοῦ Ἰωσήφ, ὁ λεγόμενος δίκαιος, περὶ οὗ καὶ Παῦλός φησιν· ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, ὃς κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων ξύλῳ πληγεὶς γναφικῷ τελειοῦται· καὶ ἕτερος ὁ ἐκτμηθεὶς τὴν κεφαλὴν ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ θεολόγου, πρῶτος εἰς ἀποστολήν.

13. τῷ] τοῦ G.

adscensionem mandavit dominus. Hi Iacobum Hierosolymorum primum episcopum delegere, ut auctor est Clemens Hypotyposeon 6, idemque in 7 consona refert in haec verba. Post adscensionem Iacobo Iusto, Ioanni et Petro iudicium et discretionis vim dominus contulit; illi vero caeteris, reliqui apostoli septuaginta discipulis, e quorum numero Iacobus domini frater Hierosolymorum primus extitit episcopus impertierunt.

ANNI MUNDI 5534.

Divinae et prae cunctis gloriosae D. N. I. Christi Incarnationis anni 34.

Diebus iisdem in olivarum monte dominum interrogabant discipuli: num hoc tempore regnum Israël restitues?

Eodem anno Iacobus frater domini primus Hierosolymorum episcopus instituitur.

Uno Iacobi nomine duo fuere nuncupati, dei nimirum frater et Ioseph filius, cognomento Iustus, de quo Paulus scribit: alterum apostolorum vidi neminem nisi Iacobum domini fratrem; qui e templi pinnaculo praeceps ab Iudaeis deturbatus, fullonis fuste martyrio consummatus est; et alter Ioannis theologi frater apostolatu prior, cui aput abscissum fuit.

Ματθίας εἷς τῶν ο' μαθητῶν τοῦ κυρίου κληροῦται δι' εὐ- C χῆς καὶ ἐπιθέσεως χειρῶν τῶν μακαρίων ἀποστόλων ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου.

Ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν, δοκεῖ μοι, πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀδελφῶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων κατεστάθησαν. ὧν πρῶτος ἦν Στέφανος ὁ πρῶτος μετὰ τὸν σωτῆρα παρὰ τῶν κυριοκτόνων λιθοβοληθεὶς καὶ τὸν φερώνυμον ἀξίως ὑπενεγκάμενος στέφανον ὑπὲρ αὐτοῦ.

Ἰουδαίων γ' ἀλλόφυλος Ἡρώδης υἱὸς Ἡρώδου ἔτη κδ'.

Τῷ αὐτῷ ἔτει Πιλᾶτος μετὰ τὴν στάσιν Ἰουδαίων διὰ τὰς Καίσαρος εἰκόνας τὸν λεγόμενον Κορβωνᾶν, ἤτοι ἱερὸν θησαυ- D ρὸν, εἰς ὑδάτων καταγωγὴν ἐδαπάνησε, καὶ αὖθις στασιάζειν ἠνάγκαζεν.

Ὁ δ' αὐτὸς Πιλᾶτος Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν σωτῆρα ἀναγαγὼν καὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος ἐκίνησεν εἰς ἔρωτα πίστεως, Τιβέριός τε πρὸς τὴν σύγκλητον ἐκοινολογήσατο περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. τῆς δὲ μὴ πειθομένης, ἀλλὰ μωρίαν ἡγουμένης τὸ κήρυγμα τοῦ σταυροῦ, ὁ αὐτὸς θάνατον ἐψηφίσατο κατὰ τῶν διωκτῶν τῶν Χριστιανῶν, ὡς Τερτυλλιανὸς ἱστορεῖ.

Σηιανὸς ἔπαρχος Τιβερίου Καίσαρος περὶ τελείας ἀπωλείας τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων πολλὰ συνεβούλευε τῷ Καίσαρι, ὡς Φίλων Ἰουδαῖος ἐξ Ἀλεξανδρείας διάγων ἱστορεῖ ἐν τῇ δευτέρᾳ P. 329 τῆς περὶ αὐτοῦ πρεσβείας.

5. ὧν add. B. 8. γ' om. G. 10. ἱερὸν] θεῖον G. 18. ὡς Τερτυλλιανὸς Scaliger p. 78. ὅστις τυλλιανὸς vulgo. Vide Eusebium p. 371. 19. σηϊανὸς BP. σιανὸς A. Σεϊανὸς G. 20. συνεβούλευεν AB. συνεβούλευσεν G. 21. ὁ Ἰουδαῖος G. τῇ δευτέρᾳ τῆς περὶ αὐτοῦ B. τῇ β' τῆς περὶ αὐτῶν A. τῷ β' τῆς περὶ αὐτὸν G.

Matthias ex 70 discipulis unus per orationem et B. apostolorum manus impositionem proditoris Iudae vices sorte assequitur.

Diaconi numero septem fratrum, reor, ministerio ab apostolis consecrati sunt; Stephanus eorum primus extitit, qui post salvatoris mortem a domini parricidis lapidibus obrutus congruam nomini coronam eius amore adipiscitur.

Iudaeorum rex alienigena Herodes alterius Herodis filius annis 24.

Eodem anno sedata, quae imaginum causa excitata fuerat, Iudaeorum seditione, sacrum aerarium, Corbonam dictum, struendis aquae ductibus Pilatus exhausit; ex quo Iudaeis novorum tumultuum auctor fuit.

Idem ipse Pilatus, quae de Christo et dogmatibus Christianis erant, ad Tiberium relatis, aliquem in eo fidei sensum excitavit. Tiberius de habenda in Christum fide cum senatu contulit, quam eo repudiante, quin immo crucis praeconium stultitiam decernente, ipse Christianorum persecutores morte plectendos lata sententia, ut Tertullianus refert, pronunciavit.

Seianus Tiberii Caesaris praefectus de integro Iudaeorum generis exterminio eidem Caesari plura suggessit, rem totam enarrante Iudaeo cive Alexandrino libro de legatione sua secundo.

Γάϊος ἑαυτὸν ἀποθεοῖ.

Ὁ αὐτὸς τὴν γυναῖκα Μεμμίου Ῥηγούλου λαβὼν πατέρα ταύτης τὸν ἴδιον ἄνδρα Μέμμιον λέγειν εἶναι ἠνάγκασεν.

Ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου κατὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῆς ὅλης ἐκκλησίας ἐπιβουλή.

V. 262 ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλε΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λε΄.

B Πέτρος καὶ Ἰωάννης εἰς τὸ ἱερὸν ἀνιόντες τὸν ἐκ γενετῆς χωλὸν ἐθεράπευσαν.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλϛ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λϛ΄.

Τὰ κατὰ τὸν Ἀνανίαν καὶ Σαπφείραν ἐν Ἱερουσαλὴμ πραχθέντα Πέτρῳ.

Θωμᾶς Θαδδαῖον εἰς Ἔδεσαν καὶ Ἰούδας κατὰ θεῖον χρησμὸν ἐξέπεμψαν εὐαγγελίσασθαι. ὃς τόν τε Αὔγαρον ἰασάμενος ἐν λόγῳ κυρίου, καθὼς καὶ προέγραψεν αὐτῷ ὁ σωτὴρ πέμψας καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ χαρακτῆρα λέγων ὅτι μετὰ τὸ ἀναληφθῆναί
C με, ἀποστέλλω σοὶ τινὰς τῶν μαθητῶν μου, ἵνα ἰάσωνταί σου τὸ πάθος καὶ ζωήν σοι καὶ τοῖς σοῖς παράσχωσι. καὶ τοὺς αὐτό-

2. Vulgo Ῥιγούλου. μεμμιοριγούλου AB. 4. ἐπὶ] ὑπὸ G. 6. ἔτος A. 8. γεννητῆς AB. 10. ἔτος B. 11. ἔτη om. A. 14. Θαδδαῖος G. 18. ἰάσωνται A. ἰάσονται BG. σου τὸ πάθος B. σοι τοῦ πάθους A. σε τοῦ πάθους G. 19. σοῖς] σοὶ B.

Caius deorum collegio sese ipsum accenset.

Idem accepta sibi Memmii Reguli uxore, Memmium virum eius se patrem dicere coegit.

In apostolos et universam ecclesiam Herodis tetrarchae iussu Hierosolymis exorta conspiratio.

ANNI MUNDI 5535.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 35.

Petrus et Ioannes in templum adscendentes claudum ex matris utero curaverunt.

ANNI NUNDI 5536.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 36.

Acta Petri circa Ananiam et Sapphiram in Hierusalem.

Thaddaeum Christi fidem annunciaturum Thomas et Iudas divino iussu miserunt Edessam. Hic morbo liberavit Augarum, prout datis prius litteris missaque vultus effigie scripserat salvator dicens: discipulorum meorum nonnullos infirmitatem tuam curaturos, tibi tuisque vitae futuros auctores e terris in caelum receptus ad te mittam. Cunctos proinde illius cives verbis

θι πάντας ἐφώτισε λόγοις καὶ ἔργοις, ὃν ἡ πόλις ἅπασα μέχρι νῦν εὐσεβεῖ τὸν αὐτὸν ἀχειροποίητον δεσποτικὸν σέβουσι χαρακτῆρα.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφλζ'.

Τῆς θείας καὶ ὑπερκοσμίου σαρκώσεως ἔτη λζ'.

Τούτῳ τῷ ἔτει διωγμοῦ κατὰ τῆς ἐκκλησίας γενομένου πολλοὶ μὲν τῶν πιστῶν διεσπάρησαν, πρὸς οὓς πρώτην ἔγραψε καθολικὴν ἐπιστολὴν Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ τοῦτο ἐπιγράψας. D

Στέφανος δὲ ὁ πρωτομάρτυς ἀπόστολος καὶ πρωτοδιάκονος λίθοις ἀνῃρέθη, Σαύλου τοῦ μετὰ ταῦτα διὰ θεοπτίας ἐπιστρέψαντος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, συνεργοῦντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Παῦλος μεταβληθεὶς ὁ μέγας ἀπόστολος καὶ ἐν Δαμασκῷ φωτισθεὶς ὑπὸ Ἀνανίου φυγὰς ἧκεν εἰς Ταρσὸν διδάσκων τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Ἀντιόχειαν.

Φίλιππος εἷς τῶν ἑπτὰ σὺν τῷ πρωτομάρτυρι προχειρισθέντων εἰς διακονίαν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κατελθὼν εἰς Σαμάρειαν δυνάμεως θείας ἐπλη- P. 330 ρώθη, ὥστε καὶ Σίμωνα τὸν μάγον καταπλαγέντα τοῖς θαύμασιν αὐτοῦ προσελθεῖν ἅμα τοῖς ἑταίροις καὶ τῷ Φιλίππῳ μαθη-

2. δεσπότην σέβουσα G. 5. καὶ ὑπερκοσμίου add. B. 7. ἔγραφε B. ἔγραψαν G. 8. τοῖς B. τοὺς G. 21. ἅμα] σὺν G. ἑτέροις G.

et factis edocuit. Characterem non hominis manu, sed arte caelesti expictum urbs universa ad hodiernum usque diem pietate vel maxima colit.

ANNI MUNDI 5537.

Divinae Incarnationis an. 37.

Hoc anno persecutione in ecclesiam excitata, fidelium plerique dispersi sunt, (ad quos fidelium in dispersione constitutorum praefixo titulo) catholicam epistolam Iacobus frater domini scripsit.

Stephanus martyrum et diaconorum primus, Saulo divina visione et domino nostro Iesu Christo operante ad fidem ante anni exitum converso, lapidibus necatus est.

Paulus in virum alium mutatus apostolus magnus Damasci salutis fonte ab Anania lustratus, Tarsum dei verbum praedicaturus venit et exinde Antiochiam repetiit.

Philippus ex septem, qui cum protomartyre ad ministerium ab apostolis ordinati fuerant, unus, dispersionis calamitate actus, Hierosolymis relictis Samariam profectus, iis a deo virtutibus cumulatus est, ut Simon magus editis ab eo miraculis stupefactus cum aliis fidei doctrina a Philippo

τευθῆναί τε καὶ βαπτισθῆναι δολερῶς. ὅθεν καὶ ἀπ' αὐτοῦ μέχρι νῦν ὑποκρινόμενοι βαπτίζεσθαι πάντη τῶν θείων ἐντολῶν καὶ δογμάτων εἰσὶν ἀλλότριοι, μὴ δεχόμενοι τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον μηδὲ τὸν ὁρώμενον κόσμον θεοῦ λέγοντες εἶναι, πᾶσαν θεοβδέλυκτον αἰσχρουργίαν μετερχόμενοι. τούτοις ἑαυτὸν πατέρα μὲν καλεῖσθαι τοῖς ἀθλίοις παραδέδωκεν, εἰκόνι τε Διὸς ὀνόματι B προσκυνεῖσθαι, τὴν δὲ σὺν αὐτῷ πόρνην Ἑλένην ἀντὶ Ἀθηνᾶς προσκυνεῖσθαι ἐδίδαξεν ὁμοίως τῇ αὐτῇ εἰκόνι. Ἰουδαίοις δὲ Χριστὸν ἑαυτὸν ἔλεγεν εἶναι καὶ οὐχὶ πατέρα.

Τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος ἔτη κη'.

Ῥωμαίων βασιλεὺς δ' Γάϊος Καλλιγούλας ἔτη γ'.

V. 263 ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφλζ'.

C Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λζ'.

Πόντιος Πιλᾶτος ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος ποικίλαις περιπεσὼν συμφοραῖς, ὥς φασιν οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι, αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο.

Γάϊος Καλλιγούλας ἔκγονος Τιβερίου πολλοὺς ἀναιτίως τῆς γερουσίας ἀνελών.

Ὁ αὐτὸς τὰς ἰδίας ἀδελφὰς κατὰ νήσους φυγαδεύσας.

1. τε om. G. 2. νῦν B. τοῦ νῦν G. 6. ἀθλίοις P. ἄθλοις G. παρέδωκεν G. 11. κη' B. η' G. 13. τοῦ κόσμου ἔτος B. 14. τῆς A. τῆς δὲ G. Aberat ἔτη. ἔτος add. B. 18. ἀναιτίους G.

instrueretur, et ficto animo baptismum exciperet; ex quo qui ficte modo baptismo lustrantur, a divinis praeceptis et doctrina alieni, vel reiecta de resurrectione fide, mundum hunc oculis hominum subiectum dei potestati non adscribunt et deo quodvis exosum et turpe facinus admittunt, eius censentur asseclae. A perditis huiusmodi hominibus patrem se vocari ac Iovis simulacro coli, Helenam vero coniunctum sibi scortum Minervae nomine et erecta pariter eius imagine adorari voluit. Iudaeis porro auditoribus patrem se nusquam, sed Christum esse profitebatur.

Hierosolymorum ecclesiae primus episcopus Iacobus frater domini annis 8.

Romanorum Imperator 4 Caius Caligula annis 3.

ANNI MUNDI 5537.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 37.

Pontius Pilatus diversis calamitatibus sub Caio Caesare agitatus, sibimet, testibus Romanarum rerum scriptoribus, mortem conscivit.

Caius Caligula Tiberii privignus e senatu plures innoxios sustulit.

Idem sorores proprias exsules in diversas insulas egit.

Ὁ αὐτὸς τοὺς ἐν ἐξορίαις ἀνελὼν ὕστερον ὑπὸ τῶν ἐν στρατείαις ἐπισήμων ἀνῃρέθη.

Οὗτος καὶ τὸν Ἰούλιον Κανὸν ἕνα τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων ἀνεῖλε, περὶ οὗ παράδοξον Ἕλλησιν, ὡς δοκῶ, πέπλασται. ἀπαγόμενος γὰρ πρὸς τὸ θανεῖν ἀταράχως λέγεταί τινι τῶν ἑταίρων Ἀντιόχῳ τοὔνομα Σελευκεῖ συνεπομένῳ προσειπεῖν ὡς ἐντεύξεται αὐτῷ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα μετὰ τὴν ἔξοδον καὶ διαπορήσει τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, καὶ ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας Ῥέκτος εἷς τῶν ἑταίρων ὑπὸ Γαΐου φονευθήσεται. ἃ καὶ γέγονε, τοῦ μὲν αναιρεθέντος τριταίου, τοῦ δὲ Ἀντιόχου τὴν ἐποψίαν εἰπόντος τῆς νυκτὸς ὅτι φανεὶς Ἰούλιος Κανὸς τὰ περὶ διαμονῆς τῆς ψυχῆς καὶ καθαρωτέρας φωτὸς μετὰ τὴν ἔξοδον διηγήσατο. ταῦτα Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς ἱστορεῖ. D

Ἰουδαίων ἀλλόφυλος δʹ Ἡρώδου παῖς Ἀγρίππας ἔτη ζʹ.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλθʹ. P. 331

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λθʹ.

Ἀγρίππας Ἡρώδου παῖς ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος φρουρηθεὶς διὰ τὰς κατὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς κατηγορίας καὶ ἀνεθεὶς τῶν δεσμῶν ὑπὸ Γαΐου Καίσαρος βασιλεὺς Ἰουδαίων ἐκπέμπεται. Ἡρώδης δὲ ὁ τούτου πατὴρ ἐν Λουγδόνῳ τῆς Γαλατίας ἐξορισθεὶς

1. στρατίαις B. 3. κανὸν P. Κανὼν G. στωϊκῶν A. ἰστοικῶν B. Στοϊκῶν G. 5. ἑτέρων B. 10. τριταίου BP. τριτίου G. 12. καθαρωτέρου G. 13. χειρωνεὺς A. χειρονεὺς B. Χαιρονεὺς G. 15. τοῦ κόσμου AB. 16. ἔτος AB. 20. Λογδόνῳ G. Λουγδούνῳ Scaliger p. 78. Γαλατίας] Vulgo Γαλιλαίας. Γαλλίας Scaliger.

Ex iis qui in exsilium deportati fuerant pluribus interfectis, ipse demum a Praetorianis necem tulit.

Hic Iulium Canum pariter Stoicum philosophum luci exemit, de quo res fidem omnem, ut ego quidem reor, superans a Graecis conficta est. Ad necem etenim abductus Antiocho cuidam Seleuciensi socio sequenti mente imperturbata praedixisse fertur, se proxima post obitum nocte affuturum et quaestionem studio dignam cum eo agitaturum; Rectum insuper sociorum alterum a Caio post dies tres occidendum; quae omnia probavit eventus; hoc quidem luce tertia sublato, Antiocho vero nocturnam visionem referente; ipsum nempe Iulium Canum a se conspectum de animae immortalitate et ad puriorem lucem transitu post obitum secum disseruisse; quorum Plutarchus Chaeronensis auctor est.

Iudaeorum rex 4 alienigena Agrippa, Herodis filius, annis 7.

ANNI MUNDI 5539.

Divinae Incarnationis an. 39.

Agrippa filius Herodis in proprium patrem causam apud Tiberium dicens, vinculis adstrictus, iisque solutus a Caio Caesare Iudaeorum rex declaratus est. Huius pater Herodes Lugdunum Galliae in exsilium una cum

ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ σὺν Ἡρωδιάδι τῇ μοιχαλλίδι θνήσκει. τὴν γὰρ ὀρχησαμένην κόρην ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ μεγάλου προφήτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ Ἰωάννου ζῶσαν κατέπιεν ἡ γῆ.

B Φλάκκος Ἀβίλιος Αἰγύπτου ἔπαρχος παντοίαις συμφοραῖς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καθυπέβαλε.

Γάϊος ἀνδριάντα ἑαυτοῦ Διὸς ἐπιφανοῦς καλουμένου ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀναθεῖναι Πετρωνίῳ τῷ Συρίας ἐπάρχῳ προσέταξε.

Φίλων ἱστορεῖ ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ Φλάκκῳ ὅτι πρεσβείαν ὡς περὶ Ἰουδαίων πρὸς Γάϊον ἐποιήσατο, ὑπὲρ ὧν Φλάκκος Ἰουδαίοις ἐπιβουλεύων εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων καὶ βωμῶν ἀναθέσεσι τὰς συναγωγὰς ἐμίανε. τότε καὶ ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος συνεπιθέμενος ποικίλως Ἰουδαίους ἐκόλασεν.

C Ἰώσηππος καὶ Φίλων ἱστοροῦσιν ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ συναγωγαῖς Ἰουδαίων ἀνδριάντας καὶ εἰκόνας Γαΐῳ καὶ βωμοὺς ἀνατεθῆναι.

Τούτοις τοῖς χρόνοις Σίμων ὁ μάγος Σαμαρεὺς ἐκ κώμης Γιτθῶ τῆς Σαμαρείας ἀναφανεὶς πολλοὺς ἐξηπάτησε σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους, πρὸς ὃν Φίλιππος, εἷς τῶν ἅμα Στεφάνῳ τῷ πρωτομάρτυρι, πρῶτος ἐνστὰς κατήσχυνε μετὰ τὴν Στεφάνου τελείωσιν περιάγων ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἡνίκα λέγεται πρῶτος

1. μοιχαλλίδι B. μοιχαλίδι G. 2. τῆς ἀποτομῆς B. τῇ ἀποτομῇ G. 4. Vulgo Φλάγκος Ἀγκύλιος. Emendatum ex Eusebio p. 372. 5. καθυπέβαλλεν A. 6. καλουμένου BP. καλουμένῳ G. 7. ἀναθεῖναι] ἐθῆναι AB. 8. 9. Vulgo Φλάγκῳ et Φλάγκος. Vide Eusebium p. 372. 11. ἀνεθέσεσι B. τότε καὶ] καὶ om. G. 12. ποικίλως B. ποικίλλους A. ποικίλους G. 17. γιτθῷ B. γητθῷ A. Γητθὼν G. ἐξηπάτησεν B. ἐξηπάτα G. 18. ἅμα] ἅμα τῷ G. 19. κατήσχυνε B. κατίσχυεν G.

Herodiade moecha missus, extrema paupertate pressus obiit; puellam autem choreis ac magni prophetae praecursoris et baptistae Ioannis capitis abscissione celebrem terra vivam absumpsit.

Flaccus Avilius Aegypti praefectus omni calamitatum genere Iudaeos vexavit.

Caius imaginem suam Iovis Illustris vocatam Hierosolymis dedicari Petronio Syriae praefecto in mandatis dedit.

Philo opusculo, cui Flaccus nomen dedit, ad Caium pro Iudaeis legationem subiisse narrat, quod Flaccus Iudaeis insidiatus altarium, imaginum simulacrorumque profanis consecrationibus eorum synagogas infecisset. Huius causa Iudaeorum integram perniciem molitus Alexandrinorum populus plures eorum variis poenis afflixit.

Iosephus et Philo simulacra, imagines, altaria ubique per omnes Iudaeorum synagogas Caio consecrata referunt.

Eo tempore Simon magus Gethorum vico Samariensi ortus signis et fallacibus prodigiis plurimos seduxit; in quem, Stephano martyrii corona prius consummato, cunctam regionem Hierosolymis conterminam Philippus protomartyris Stephani socius circumlustrans, animi multa fiducia sese

ἐξ ἐθνῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ βαπτισθῆναι ὁ εὐνοῦχος Αἰθίοψ, αὐτός τε V. 264
Σίμων ὀνόματι μόνῳ τὸν Χριστιανισμὸν ὑποδὺς, ἀνάστασιν δὲ
μὴ ὁμολογῶν, μηδὲ τὸν κόσμον εἶναι τοῦ θεοῦ, πᾶσάν τε αἰ-
σχρουργίαν εἰσηγούμενος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. D

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφμ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη μ΄.

Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρώτην θεμελιώσας ἐκκλησίαν εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον. ὁ δ᾽ αὐτὸς μετὰ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας καὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ πρῶτος προέστη ἕως τελειώσεως αὐτοῦ.

Πέτρος τὴν πρώτην καθολικὴν ἐπιστολὴν ἀπὸ Ῥώμης ἀπέστειλεν, ὡς Εὐσέβιος, ἑπόμενον ἔχων καὶ Μάρκον τὸν εὐαγγε-
λιστὴν, τότε Ῥωμαίοις αἰτήσασι συντάξαντα τὸ εὐαγγέλιον, ὡς P. 332
Κλήμης ἐν ϛ΄ τῶν Ὑποτυπώσεων καὶ Παπίας ὁ Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπος, οὗ καὶ μέμνηται ἐν αὐτῇ Μάρκου, καὶ τῆς πόλεως Βαβυλῶνος· ἄλλοι δὲ ἀπὸ Ἰόππης φασὶ γεγράφθαι.

Παύλου καὶ Σίλα ἐπάνοδος ἐν Δέρβῃ καὶ Λύστροις καὶ Φρυγίᾳ Ἰσαυρίᾳ τε καὶ Κιλικίᾳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Τρωάδι.

Παύλου καὶ Μάρκου ἐν Φιλίπποις καὶ Θεσσαλονίκῃ καὶ Βεροίῃ πράξεις.

5. ἔτος B. 6. ἔτος AB. 7. τὴν ἐν Ἀ. πρώτην] πρώτην ἐν Αντιόχειᾳ G. 13. τότε] τότε καὶ G. συντάξας G. 16. ἀπὸ om. G. ἰόππης B. ἰώππης AG. φασὶ om. G. 19. ἐν B. αἱ ἐν G. βεροίῃ B. Βεῤῥοίῃ G.

opposuit; qua etiam tempestate eunuchus Aethiops primus e gentibus baptismo dicitur initiatus; Simon vero Christianam religionem ore tenus professus, reiecta quae de resurrectione est fide, vel quae mundum a deo creatum praedicat, spurcitiarum nefas omne discipulis suis exposuit.

ANNI MUNDI 5540.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 40.

Petrus apostolorum coryphaeus fundata Antiochiae prima ecclesia evangelium praedicaturus Romam profectus est. Idem Romanae simul et Antiochenae ecclesiae ad obitum usque primus praefuit.

Petrus, Marco evangelista peregrinationum comite secum ducto, ut Eusebius testis est, epistolam catholicam primam Roma scripsit.

Marcus a Romanis rogatus evangelium conscripsit, ait Clemens Hypotyposeon 6 et cum eo Papias Hierapoleos episcopus; Marci urbisque Babylonis in eadem epistola Petrus agit memoriam; Ioppe licet scriptam alii comminiscantur.

Pauli et Sylae Derben, Lystros, Phrygiam, Isauriam, Ciliciam, Galatiam et Troadem reditus.

Acta Pauli et Marci Philippis, Thessalonicae et Berrhoeae.

Παύλου ἐν Ἀθήναις καὶ Κορίνθῳ πράξεις.

Παύλου αἱ ἐν Ἐφέσῳ καὶ Κεγχρέαις Καισαρείᾳ τε καὶ Ἀντιοχείᾳ Ἰταλίᾳ καὶ Φρυγίᾳ πράξεις.

B *Παύλου τὰ ἐν Ἐφέσῳ ἰδίως.*

Παῦλος τὰ ἐν Τρωάδι καὶ Μιλήτῳ παρέθετο Ἐφεσίοις.

Τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ Ἰουδαίων κατὰ Παύλου.

Παύλου τὰ ἐν Καισαρείᾳ κατὰ Φήλικα καὶ Δρουσίλλαν.

Παύλου τὰ ἐν Καισαρείᾳ καὶ τὰ Ἰουδαίων κατ' αὐτοῦ.

Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς Αἰγύπτῳ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ τὸν σωτήριον λόγον εὐηγγελίζετο.

Τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος Εὐόδιος ἐχρημάτισεν ἔτη κθ'.

Ῥωμαίων ε' Κλαύδιος ἔτη ιγ'.

C. *ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφμ'.*

Τῆς θείας καὶ ὑπερενδόξου σαρκώσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἔτος μ'.

Ἡ ἐν ταῖς πράξεσιν Ἀγάβου προφητεία πεπέρασται, λιμοῦ μεγάλου κατασχόντος τὴν οἰκουμένην ἐπὶ Κλαυδίου.

Κλαύδιος κατὰ Βρεττανῶν ἐθριάμβευσε.

2. *Κεγχρέαις*] *Κεγχρέᾳ* G. 5. *Παύλου* G. *Μιλήτῳ*] *μηλίτῳ* B. *Εφεσίοις τὰ ἐν Ιερουσαλήμ. Τὰ Ἰουδαίων* — G. 7. Vulgo *Φίλικα.* 9. *ἐν Αἰγύπτῳ* G. 11. *Εὔωδος* G. 12. *κθ'* B et Barber. apud Goarum. *κη'* G.

Acta Pauli Athenis et Corinthi.

Acta Pauli Ephesi, Cenchris, Caesareae et Antiochiae, nec non in Italia et Phrygia.

Acta privatim Ephesi.

Pauli in Troade et Mileti acta; Ephesiis res Hierosolymitanas commendat.

Iudaeorum in Paulum insidiae.

Quae Paulo cum Felice et Drusilla Caesareae gesta sunt.

Quae Paulo Caesareae contigerunt et Iudaeorum in eum insidiae.

In Aegypto et Alexandria salutis verbum Marcus annunciat.

Antiochenae ecclesiae primus episcopus Evodius sedet annis 29.

Romanorum Imp. 5 Claudius annis 13.

ANNI MUNDI 5540.

Divinae et laudibus efferendae Incarnationis Salvatoris nostri annus 40.

Memoratum in apostolorum actibus Agabi vaticinium de acerba fame in mundum universum sub Claudio grassatura eventu confirmatur.

Claudius de Britannis triumphavit.

Κλαύδιος τοὺς πολίτας Ῥώμης ἀπογραψάμενος μυριάδας εὗρεν χϟδ' καὶ ͵α.

Κλαύδιος Φήλικα τῆς Ἰουδαίας ἡγεμόνα ἐξέπεμψε.

Τὰ ὑπόλοιπα Ἰουδαίων. D

Ἀλλοφύλου Ἀγρίππα τοῦ καὶ Ἡρώδου ἐστὶν οὕτως.

Παῦλος καὶ Βαρνάβας ἐν τῇ συναγωγῇ τῆς κατὰ Πισιδίαν Ἀντιοχείας ἐπαρρησιάσατο.

Παῦλος καὶ Βαρνάβας ἐδίδασκον ἐν Ἰκονίῳ ἡνίκα τὰ ἐν Λύστροις καὶ Δέρβῃ καὶ Πέργῃ καὶ Ἀταλίᾳ καὶ Ἀντιοχείᾳ, αἵ τε V. 265 *ἐν Φοινίκῃ καὶ Σαμαρείᾳ καὶ Ἱερουσαλὴμ πράξεις τῶν δύο.*

Ἀγρίππας θεμέλια πηξάμενος τρίτου τείχους τῆς Ἱερουσαλὴμ P. 333 *καὶ φοβηθεὶς Κλαύδιον Καίσαρα τοῦ ἔργου ἐπαύσατο.*

Οὗτος ὁ Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης ἐν ταῖς πράξεσι καλούμενος, ὁ τὴν ἀργυρῆν ἐσθῆτα περιθέμενος καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ Καίσαρος καταδεξάμενος ὡς θεὸς εὐφημεῖσθαι, ὑπ' ἀγγέλου πληγεὶς σκωληκόβρωτος ἀποθνήσκει.

Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων τελευτήσαντος Ἀγρίππας υἱὸς αὐτοῦ ὑπὸ Κλαυδίου τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεται Ἰουδαίων.

Ἰουδαίων ε' ἀλλόφυλος Ἀγρίππας ἔτη κγ'.

3. φίλικα AB. Φίληκα G. 5. οὗτος A. 7. ἐπαῤῥησιάσαντο G. 13. πράξεσι] Cap. XII, 21.

Romanorum civium censu habito hominum myriadas 694 ac mille insuper Claudius reperit.

Claudius Felicem Iudaeorum praesidem delegavit.

Quae Iudaeos spectant reliqua.

Agrippae, qui Herodes etiam dictus, regis alienigenae ita se habent.

Paulus et Barnabas verbum dei in synagoga Antiochiae Pisidiae cum fiducia praedicabant.

Paulus et Barnabas Christianam fidem Iconii disseminant; quo tempore quae Lystris, Derbe, Perge, Ataliae et Antiochiae contigere; nec non utriusque in Phoenice, Samaria et Hierosolymis acta.

Tertii Hierosolymorum muri positis fundamentis Claudium Caesarem veritus Agrippa ab opere destitit.

Agrippa hic, qui Herodes quoque in actibus audit, argento distincta veste quandoque insignis in Caesaris theatro, velut deo, sibi acclamari passus, angelo percutiente, vermibus corrosus interiit.

Agrippa Iudaeorum rege defuncto, alter Agrippa eius filius delatum a Claudio Iudaeorum regnum accepit.

Iudaeorum rex 5 alienigena Agrippa annis 23.

B ### ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ‚εφμϛ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη μϛ'.

Θρᾴκη ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου ἐπαρχία ἐχρημάτισε, βασιλεύουσα πρίν.

Νῆσος μεταξὺ Θήρας καὶ Θηρασίας σταδίων λ' ἐφάνη.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων στάσεως γενομένης ἐν Ἱερουσαλὴμ, συμπατηθέντες περὶ τὰς τῶν πυλῶν ἐξόδους Ἰουδαῖοι ὤλοντο περὶ τὰς τρεῖς μυριάδας, Κουμανοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦντος καὶ τῆς ὅλης Ἰουδαίας ἡγεμονεύοντος.

C Λιμοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γεγονότος μεγάλου ὁ τοῦ σίτου μόδιος ἓξ διδράχμων ἐπράθη.

Τότε καὶ Ἀθηναίοις ἐπεγράφη βωμὸς ἀγνώστῳ θεῷ.

Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ πρώτου λόγου πρὸς Ἀντώνιον βασιλέα ὑπὲρ Χριστιανῶν.

Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου εἰς οὐρανοὺς προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς. οἳ οὐ D μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἠξιώθησαν, Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιτθίων, ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος, διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης, δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας ἐν τῇ πόλει ὑμῶν, τῇ βασι-

3. ἀπὸ τοῦδε] ἀπῶδε A. ἐπαρχία BP. ἐπαρχεία G. 8. στρατηγοῦ G. 11. διδραγμάτων B. 12. ἀγνὸς τῷ θεῷ A. 13. μάρτυρος] ῥήτορος G. 15. προεβάλλοντο B. προσεβάλλοντο G. 16. καὶ ἑαυτοὺς G. καὶ om. B. 17. ὑμῶν Bm. ἡμῶν G. 18. Γαιτθίων G. Γητῶν m. Conf. p. 331 c. 20. ὑμῶν BP. ἡμῶν G.

ANNI MUNDI 5546.

Divinae Incarnationis an. 46.

Thracia regni titulo prius usa hucusque in provinciarum numerum redacta est.

Nova insula stadiorum 30 inter Theram et Therasiam enata.

Tumultu diebus Azymorum exorto, Iudaeorum ad triginta millia circa portarum exitus Hierosolymis conculcati perierunt, Cumano Romanorum duce totius Iudaeae praeside.

Ingenti fame Graeciam universam depascente tritici modius didrachmis sex veniit.

Eo tempore altari ab Atheniensibus inscriptum: ignoto deo.

Ex Iustini philosophi et rhetoris oratione prima pro Christianis ad Antonium Imperatorem.

Assumpto in caelos domino, nonnullos hominum impulere daemones, ut deos se esse praedicarent, qui non modo a vobis non eiecti, sed honores quoque divinos assequuti sunt. Ex horum numero Simon quidam Samaritanus Gethion vico natus, extitit, qui sub Claudio Caesare daemonum auxiliantium praestigiis, magicis quibusdam portentis in regia vestra civitate

λίδι πόλει Ῥώμῃ, θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς θεὸς τετίμηται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι δέω σάγκτω, ὅπερ ἐστὶ Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ, καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προσκυνοῦσι καὶ Ἑλένην τινὰ συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνου τοῦ καιροῦ πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης τὴν ἀπ' αὐτοῦ πρώτην ἔννοιαν λέγουσι.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφν'. P. 334

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ν'.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Εὐόδιος ἔτη κθ'.
Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος . . . . ἔτη.

Τὰ ὑπόλοιπα Ῥωμαίων Κλαυδίου.

Κλαύδιος Ῥωμαίων ἔτη ιγ' μετὰ Γάϊον ἐβασίλευσε, φονικὸς ἀνήρ, θεῖος τοῦ αὐτοῦ Γαΐου, ὃς Κέλτους καὶ Βρεττανοὺς ὅπλοις ἀνδρείως ὑπηγάγετο, ὁμοίως καὶ Θρᾷκας, ἀναιρεθέντος αὐτῶν V. 266 τοῦ βασιλέως Ῥυμετάλκου ὑπὸ τῆς ἰδίας γαμετῆς. B

Οὗτος ἐρασθεὶς ἀδελφιδῆς οἰκείας ἐνομοθέτησε πρῶτος, ὥς φασι, θυγατέρας ἀδελφῶν ἄγεσθαι.

Ἐπὶ τούτου πολλοὶ τῶν ἐν παιδεύσει λόγων Ἑλληνικῶν ἤκ-

3. δέὼς ἄγκτῳ A. δέο σάγκτῳ B. δέῳ σάγκτῳ G. 4. Σαμαρεῖς — ὁμολογοῦντες om. G. 7. τέγους m. στέγους G. 8. ἔννοιαν] γενομένην addit m. 10. ἔτος B. 12. Μάρκος ἔτη ις' m. 17. ῥυμαιτάλκου A. 18. ἀδελφῆς B. 20. τῶν ἐπαιδεύσει B.

editis deus habitus est, et inter duos pontes ad Tiberim fluvium statua inscriptionem hanc praeferente, Simoni deo sancto, donatus est. Hunc deorum in morem adorant ferme cuncti; et Helenam quandam cum eo vagantem Tyri Phoeniciae prostibula prius incolentem primam ab eo intelligentiam vocant.

ANNI MUNDI 5550.

Divinae Incarnationis an. 50.

Antiochiae episcopus Evodius annis 29.
Alexandriae episcopus Marcus.

Claudii Romani Imperatoris residua gesta.

Claudius Romanorum Imperator post Caium annos tredecim potestatem obtinuit, vir in caedes proclivis, ipsius Caius patruus, qui Celtas et Britannos armis viriliter subegit, ac pariter Thraces Rymaetalco eorum rege a propria coniuge sublato Romanis submisit.

Hic germanae neptis amore victus legem neptem ducere permittentem primus, aiunt, edidit.

Sub eius imperium plures Graeca eruditione celebres floruerunt; quo-

μαζον, ὧν ἐπισημότερος ἐδόκει ὁ ἐκ Τυάνων τῆς Ἰταλίας Ἀπολλώνιος, Πυθαγορικῆς εἰς ἄκρον ἠσκημένος φιλοσοφίας, ὡς καὶ αὐτοῦ Πυθαγόρου δαιμονιώτερον ἅψασθαι, καθὰ Φιλόστρατος καὶ ἄλλοι τῶν ἀκριβούντων ἱστοροῦσι τὰ κατ' αὐτόν.

Ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ἐφάνη τὸ ὄρνεον ὁ φοίνιξ, καθὼς C ἱστοροῦσιν Αἰγύπτιοι, πρὸ χνδ' ἐτῶν φανείς, ὡς καὶ Δέξιππος συμφωνεῖ.

Τότε καὶ Λαοδίκεια καὶ Ἱεράπολις τῆς Ἀσίας καὶ ἄλλαι πόλεις, Ἀντιόχειά τε κατεσείσθησαν.

Ἐπὶ αὐτοῦ Φῆλιξ Ἰουδαίας ἡγεμονεύειν σταλεὶς πολλῶν καὶ ἄλλων Ἰουδαίων ἀπατώντων, ἐν οἷς καὶ ὁ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης, ἅμα τρισμυρίοις μείζοσιν ἐπιχειρῶν πράγμασι, τῇ Φήλικος κατελύθη στρατηγίᾳ. συμφωνεῖ Ἰώσηππος ἐν τούτῳ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἔνθα τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ τοῦ χιλιάρχου λέλεκται· οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχι- D λίους ἄνδρας; ἐπὶ αὐτοῦ Παῦλος ὑπὸ Ἰουδαίων κατηγορηθεὶς τὴν ἀπολογίαν πεποίηται.

Ἐπὶ αὐτοῦ Ἰουδαίων στάσις γέγονεν ἐν Καισαρείᾳ Στράτωνος καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν ἐπὶ αὐτοῦ.

Ὁ κατὰ Ἄγαβον λιμὸς τῆς οἰκουμένης καὶ ὁ τὴν Ἰουδαίαν

1. ὧν] ὧν καὶ G. Ἰταλίας] Καππαδοκίας m. 2. ἠσκημένης A. 3. Πυθαγόραυ m. Πυθαγορίου G. 5. φοίνιξ B. φοῖνιξ G. 6. χν' δὲ ἐτῶν AB. 10. Vulgo Φίλιξ et infra Φίλικος. Ἰουδαίους AB. 11. ἀπατώντων B. ἀπατούντων G. 13. στρατηγείᾳ B. 15. λέλεκται] Actor. XXI, 38. 17. ἐπὶ B. ὑπ' G. 19. ἰουδαίων στάσις B. στάσις Ἰουδαίων G.

rum spectatissimus videbatur Apollonius Tyanis in Cappadocia natus, Pythagorica tunc accepta disciplina, ipso Pythagora subtilior iudicatus est, Philostrato et aliis, qui res eius diligentius conscripsere, testibus.

Phoenix avis iisdem temporibus visa ante annos 659 Aegyptiis, quibus Dexippus assentitur, ita fabulantibus, etiam conspecta.

Tunc temporis Laodicea, Hierapolis Asiae et aliae civitates, inter quas Antiochia, terrae motu concussae.

Eo imperante Felix praeses in Iudaeam missus plures ex Iudaeorum faece veteratores populum seducentes repressit; in his Aegyptius pseudopropheta repertus est, qui maiora se molitus, coactis hominum 30,000 militari Felicis industria deletus est; apostolorum actibus in hoc concors est Iosephus, ubi a tribuno divino Paulo dicitur: „nonne igitur Aegyptius ille es, qui ante hos dies populum excitasti et in desertum ad virorum 4000 eduxisti?" Paulus ab Iudaeis apud eum accusatus defensionem instituit.

Sub eo Caesareae Stratonis seditione mota Iudaeorum plurimi periere.

Fames Agabi vaticinio praenunciata et universum orbem pervagata,

ἔπειτα ἰδίως καταλαβών, καθ᾽ ὃν Ἑλένη τοῦ Ἀδιαβηνῶν ἔθνους βασίλισσα σῖτον πολλῶν χρημάτων ἐξ Αἰγύπτου ὠνησαμένη τοῖς ἀποροῦσι διένειμεν· ἧς αἱ στῆλαι διαφανεῖς κατὰ τόπους κἀν προαστείοις φέρονται, ὡς Ἰώσηππος.

Συμφωνοῦσιν αἱ πράξεις τοὺς κατὰ Ἀντιόχειαν ἱστοροῦσαι πιστούς, καθ᾽ ὅ τι ἂν τις εἶχεν ἀποστεῖλαι τοῖς οἰκοῦσι τὴν Ἰου- P. 335 δαίαν πιστοῖς, διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου ἐν τοῖς χρόνοις Κλαυδίου.

Φησὶν Εὐσέβιος ἐν δευτέρῳ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν· ἐπὶ τοῦ πρώτου Ἀγρίππα τοῦ καὶ Ἡρώδου, καθὼς αἱ πράξεις φασίν, ὅτι ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. ἀνεῖλε δὲ τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ, περὶ οὗ καὶ Κλήμης ἐν ζ´ τῶν Ὑποτυπώσεών φησιν ὅτι ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ δικαστήριον ἰδὼν αὐτὸν μαρτυρήσαντα συνωμολόγησεν αὐτῷ καὶ αὐτὸς εἶναι Χριστιανός. συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησί, κατὰ τὴν ὁδὸν καὶ ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. ὁ δὲ ὀλίγα σκεψάμενος, εἰρήνη σοί, εἶπε, καὶ B κατεφίλησεν αὐτόν. καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν. καὶ τότε ἰδὼν Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου ἀναιρέσει ἀρέσαντα Ἰουδαίοις ἐπιτίθεται καὶ Πέτρῳ, δεσμοῖς τε αὐτὸν παραδοὺς ἀνεῖλεν ἄν, εἰ μὴ παραδόξως ἀγγέλου ἐπιστασίᾳ τῶν δεσμῶν

4. κἀν] Vulgo καί. προάστεια G. 5. πράξεις] XI, 30. 8. Κλαυδίου] ἔπεμψεν add. m. 9. ὁ Εὐσέβιος G. ὁ om. B. ἐν δευτέρῳ] Cap. 9. 10. πράξεις Bm. τάξεις G. φασὶν m. φησὶν G. 11. ἐπέβαλεν B. ἐπέβαλλεν G. 14. τὸ add. B. 15. συναπήχθησαν B. συναπηνέχθησαν G. 16. ἀξίωσεν B.

Iudaeam demum privatim oppressit; quo tempore Helena Adiabenorum regina frumentum ex Aegypto multo pretio comparatum egenis distribuit; cuius munificentiae tituli per civitates et suburbana loca erecti ex Iosephi scriptis attestantur.

Fideles Antiochenos actus apostolorum laudant, quod quicquid Claudii temporibus singuli seposuissent, per Barnabae et Sauli manus fidelibus Iudaeae incolis submiserint.

Eusebius historiae ecclesiasticae libro secundo scribit Agrippam nominis istius primum, Herodem quoque, ita testantibus apostolorum actibus, dictum, ut quosdam ex ecclesia affligeret, manus immisisse, Iacobum et Ioannis fratrem gladio percussisse; de quo Clemens Hypotyposeon septimo ait: cum is qui Iacobi nomen ad iudicium detulerat, fidei testimonium reddentem cerneret, Christianum quoque se esse professus est. Utroque igitur, inquit, ad necem abducto, hic ab Iacobo criminis veniam per viam expetiit. Cui Iacobus nonnihil prius cogitans, pax tibi, respondit; quo dicto osculum dedit, atque ita simul capite truncati sunt. Iacobi morte Iudaeorum animos sibi devinxisse contemplatus Herodes, Petrum aggreditur, vinculisque traditum occidisset, nisi inexspectata angeli ope liberatus custodia

λυθεὶς καὶ τῆς φρουρᾶς ἐξηνέχθη. ἀλλ' εἰ μὲν περὶ τοῦ πρώτου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ταῦτα νοεῖται Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου, ἀντιπίπτει τῷ ἱστοροῦντι λόγῳ κατὰ τὸ η' ἔτος Νέρωνος, ὅπερ ἦν τῆς αὐτοῦ ἐπισκοπῆς ἔτος που λ', λίθοις ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ γναφικῷ ξύλῳ ἀναιρεθῆναι, ἀπὸ τοῦ πτερυγίου καταβληθέντα, C ὡς καὶ αὐτὸς Εὐσέβιος ἐν τῷ κανόνι παρέθετο· εἰ δὲ περὶ ἄλλου, ὑγιὴς ὁ λόγος.

V. 267 *ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφνγ'.*

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη νγ'.

Εὐσεβίου ἐκ τοῦ β' λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

Περὶ τῶν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον.

Τούτου δὲ Φῆστος διάδοχος ὑπὸ Νέρωνος πέμπεται, καθ' ὃν δικαιολογησάμενος ὁ Παῦλος δέσμιος ἐπὶ Ῥώμην ἄγεται. Ἀρίσταρ-D χος αὐτῷ συνῆν, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν γράφει παραδοὺς ἐν τούτοις καταλῦσαι τὴν ἱστορίαν, διετίαν ὅλην ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἄνετον διατρῖψαι καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρῦξαι ἐπισημηνάμενος. τότε μὲν

1. περὶ BP. πρῶ G. 5. ἀπὸ] ὑπὸ B. 9. Aberat ἔτη. ἔτος add. B. 10. β'] Cap. 22. 11. τῶν B. τὸν G. 13. φῖστος A. φίστος B. 15. που τῶν] Vulgo πάντων. Correctum ex Eusebio. 16. γράφει παραδοὺς] Apud Eusebium est ἀποκαλεῖ· καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῇ παραδούς. καταλῦσαι] κατέλυσε Eusebius.

quoque fuisset eductus. Quae certe si de primo Hierosolymorum episcopo Iacobo fratre domini narrata putet non nemo, is historiae octavo Neronis anno, qui episcopatus Iacobi 30 fuit, lapidibus eum et fullonis fuste contusum, et e templi fastigio praecipitem actum, ut Eusebius quoque in canone tradidit, referenti adversabitur; sin de alio intellecta velit, eius sententia sana est.

ANNI MUNDI 5553.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 53.

Ex Eusebii libro secundo de ecclesiastica historia.

De B. Pauli et Iacobi domini fratris rebus gestis.

Huius (Felicis) successor Festus a Nerone mittitur, ad cuius tribunal, causae propriae defensione suscepta, Paulus vinculis traditus Romam deducitur. Aderat ei Aristarchus, quem concaptivum aliquo epistolarum suarum loco iure nuncupat. Lucas autem actuum apostolorum auctor historiae ad hoc tempus deductae finem imponit, cum demum Paulum vinculis liberum biennio integro Romae moratum et nullo resistente dei verbum

οὖν ἀπολογησάμενον αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στεῖλασθαι τὸν ἀπόστολον, δεύτερον δὲ ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει τῷ κατ᾽ αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ. ἐν ᾧ δεσμοῖς ἐχόμενος τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν συντάττει, ὁμοῦ σημαίνων τὴν προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολογίαν καὶ τὴν παρὰ πόδας τελείωσιν. δέχου δὴ περὶ τούτων τὰς αὐτοῦ μαρτυ- P. 336 ρίας. ἐν τῇ πρώτῃ μου, φησὶν, ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι᾽ ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. σαφῶς δὲ παρίστησι διὰ τούτων ὅτι δὴ τὸ πρότερον, ὡς ἂν τὸ κήρυγμα δι᾽ αὐτοῦ πληροφορηθῇ καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη, ἐρρύσθη ἐκ τοῦ στόματος λέοντος· τὸν Νέρωνα ταύτῃ, ὡς ἔοικε, διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών. οὐκοῦν ἑξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι τὸ, ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος. ἑώρα γὰρ τὴν οὔπω μέλλουσαν αὐτοῦ τελευτήν· B διό φησι καὶ ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον, σημαίνων παραυτίκα μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέστερον ἐν τῇ αὐτῇ προλέγει γραφῇ φάσκων, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν.

1. Vulgo ἀπολογησάμενος. Correxi ex Eusebio. 2. λόγος ἔχει addidi ex B et Eusebio. 6. δὴ] δὲ G. αὐτοῦ] Timoth. II. 4, 16. 7. τῇ om. B. 8. ἐγκατέλειπον B. 14. ταύτῃ P. ταύτην G. 15. προστέθεικεν B. προστέθηκεν G. 16. ἑώρα γὰρ addidi ex B. 17. ἐκ] ἐκ τοῦ G.

praedicasse testatus est. Eo tempore causa pro se rursum dicta ad praedicationis ministerium, aiunt, apostolus missus est; et eandem urbem secundo repetens in ea martyrio fuit consummatus. Is vinculis adhuc detentus epistolam ad Timotheum scribit secundam, in quam priorem suam defensionem et imminentem e vita excessum insinuat. Accipe vero eiusdem de istis testimonia. „In defensione mea priore," scribit, „nullus mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt. Ne illis imputetur. Dominus mihi adstitit et confortavit me, ut per me praedicatio impleatur et audiant omnes gentes, ex ore leonis liberatus sum." Quibus sane praemissa liquidius manifestat; praedicationis nimirum muneri adimplendo et gentibus cunctis dei verbum edocendis sese de ore leonis ereptum. Eo porro vocabulo, ni fallor, Neronem propter communem utrique animi ferocitatem appellat, qua de causa simile quid subinfert, liberabit me de ore leonis; vitae namque terminum praevidebat imminentem: ac idcirco, „liberabit me," inquit, „dominus de ore leonis, ab omni opere malo et salvum faciet in regnum suum caeleste;" quo non procul distans martyrium declaravit, quod manifestius eadem epistola praedicit, scribens in haec verba: „tempus resolutionis meae instat."

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος β' Συμεὼν, ὁ καὶ Σίμων, υἱὸς τοῦ Κλεόπα ἔτη κγ'.

Τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας μετὰ Μάρκον τὸν εὐαγγελιστὴν πρῶτος ἐπίσκοπος Ἀνιανὸς ἐχειροτονήθη, ὃς προέστη ἔτη κβ'.

C Ῥωμαίων ϛ' ἐβασίλευσε Νέρων ἔτη ιγ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφνγ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη νγ'.

Νέρων ἀνεῖλε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα Ἀγριππίναν καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀδελφήν.

Ἐν Ῥώμῃ σεισμὸς μέγας ἐγένετο.

Νέρων ἐπὶ Ῥώμης κιθαρίζων ἐνίκησε.

Κατὰ τῆς Νέρωνος τραπέζης κεραυνὸς ἔπεσεν.

Ἐμπρησμοὶ γεγόνασι πολλοὶ ἐν Ῥώμῃ, πόλεις τε τῆς Ἀσίας κατέπεσον τρεῖς, Λαοδίκεια, Ἱεράπολις καὶ Κολοσσαί.

V. 268 Τὰ ὑπόλοιπα Ἰουδαίων.

D Πέμπτος ἀλλόφυλος Ἀγρίππας ἔτη δύο. Φῆστος διάδοχος Φήλικος ὑπὸ Νέρωνος ἐπέμφθη, ἐφ' οὗ ὁ θεῖος Παῦλος, παρόντος καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, ἀπολογησάμενος δέσμιος εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται.

2. κλεόπα B. Κλεοπάτρα G. 3. Ἀλεξανδρείας G. 4. ἐχειροτονήθη Αἰνιανὸς G. ἀνιανὸς BP. αἰνιανὸς AG. 7. Vulgo ἔτει. ἔτος AB. 14. Κολοσσαί] λοσσαί B. 16. Πέμπτος — δύο delet m. φῖστος A. φίστος B. Et similiter infra. 17. φίλικος AB.

Hierosolymorum episcopus 2 Symeon, qui et Simon, Cleopae filius annis 23.
Alexandrinae ecclesiae post Marcum evangelistam primus episcopus ordinatus est Anianus, qui praefuit annis 22.
Romanorum Imperator 6 Nero annis 13.

ANNI MUNDI 5553.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 53.

Matrem Agrippinam et patris sororem Nero interfecit.
Romae terrae motus ingens.
Nero Romae citharae certamine victor declaratus.
Fulmen in Neronis mensam lapsum.
Romae plura incendia, urbes quoque tres corruere in Asia, Laodicea, Hierapolis et Colossae.

Quae Iudaeos spectant reliqua.

. . . . Festus in Felicis locum a Nerone subrogatur; eodem una cum Agrippa Iudaeorum rege praesente divinus Paulus defensione habita, Romam vinctus mittitur.

Φῆστον Ἀλβῖνος διεδέξατο.

Ἀλβῖνον Γέστιος Φλῶρος διεδέξατο.

Ἰουδαῖοι Ῥωμαίων ἀπέστησαν ἐπὶ Γεστίου Φλώρου διὰ πλεονεξίαν αὐτοῦ ἄμετρον. ἐφ' οὓς ὁ Νέρων Οὐεσπασιανὸν ἐξέπεμψε στρατοπεδάρχην πολλὰ τῆς Ἰουδαίας ἀγανακτησάμενος.

Σημειωτέον ἐκ τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν ὅτι δεύτερον ὁ θεῖος P. 337
Παῦλος παρέστη τῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὁ Νέρων ἠπιώτερόν πως διακείμενος κατὰ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος, ἀκούσας αὐτοῦ τὴν ἀπολογίαν ἀπέλυσεν, οἰκονομοῦντος τοῦ σωτῆρος τελειωθῆναι τοῖς πᾶσι δι' αὐτοῦ τὸ κήρυγμα, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον β' ἐπιστολῇ, ὅτε δὴ καὶ τὸν Λουκᾶν γράφει συνεῖναι, ὃς τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις εἰς ταύτην περιέγραψε τὴν πρώτην ἀπολογίαν τοῦ Παύλου ἐλθεῖν, καὶ συνῆν αὐτῷ, ὡς ἔοικε, σιωπήσας τὸν περὶ τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ λόγον, καθ' ὃν οὐ παρῆν, δηλονότι τὸ δεύτερον τοῦ μακα- B
ρίου Παύλου ἐξ οἰκείας αἰτήσεως ἀναπεμφθέντος ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ὑπὸ Φήστου πρὸς Νέρωνα, καὶ τὸ δεύτερον παραστάντος αὐτῷ καὶ τελειωθέντος τῷ δι' αἵματος μαρτυρίῳ. ὅθεν Ἰουδαῖοι τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀνελεῖν αὐτὸν ἀστοχήσαντες ἐπὶ τὴν ἀναίρεσιν Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου τρέπονται· περὶ ἧς Ἡγήσιππος ἀξιόλογος μαθητὴς τῶν ἀποστόλων τάδε φησὶν ἐν ε' ὑπομνήματι.

2. Γέστιος Φλῶρος Ἀλβῖνον G. Γέστιος] Κέστιος m. Et *Cestius* scribitur apud Eusebium p. 375. 5. στρατοπεδάρχην ἐξέπεμψεν G. ἀγανακτησόμενος B. *in pristinum revocavit* (Vespasianus) Eusebius. Ergo ἀνακτησάμενον. 8. πως] που G. 11. δὴ] δὲ B. 12. γράφη B. ὃς addidi ex B. 13. περιέγραψεν BP. περιγράψας G. ἐλθεῖν delet m. 17. φίστου AB. 20. τοῦ ἰακώβου τοῦ A.

Festum excipit Albinus.

Cestius Florus Albino succedit.

Cestii inexplebilem avaritiam causati Iudaei a Romanis deficiunt; in quos Vespasianum belli ducem iratus Nero expedit.

Ex ipsis apostoli dictis observa divinum Paulum Romae iterato Caesari adstitisse. Et primo quidem Christianis haud male affectus Nero, Pauli defensione audita (in hunc modum salvatore disponente, ut per eum verbi praeconium perficeretur) liberum eum dimisit, ut ipse secunda ad Timotheum scripta testatur, qua Lucam quoque secum moratum asserit. Hac Pauli defensione memorata apostolorum actibus Lucas finem imponit. Erat utriusque convictus communis, ut videtur. Et martyrium quidem eius, cui non aderat, silentio praeteriit, cum nimirum a Caesarea Palaestinae ad Neronem a Festo mitti beatus ipse Paulus expetiit, ac subinde eius tribunali secundo praesentatus, martyrium fuso sanguine consummavit. Quare Iudaei inanem structarum illi insidiarum vim conspicati, ad inferendam Iacobo fratri domini necem vertuntur; de qua Hegesippus eximius apostolorum discipulus commentario 5 haec habet.

Ἡγησίππου μαθητοῦ τῶν ἀποστόλων ἐκ τοῦ ε' ὑπομνήματος περὶ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου.

C Διαδέχεται τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος, ἀπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν, ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιε, καὶ ἔμψυχον οὐκ ἔφαγε, καὶ ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι· οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας, καὶ μόνον ὅτε εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν. ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καD μήλου, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. διά γε τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ ὀβλίας, ὅ ἐστι περιοχὴ τοῦ λαοῦ δικαιοσύνη, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λόγῳ προγεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἐπυνθάνοντο αὐτῷ, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ; καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα, ἐξ ὧν τινες ἐπίστευον ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός· αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κα-

2. ἁγίου om. G. ἁγίου ἀποστόλου addit P. 3. μετὰ τοὺς ἀποστόλους m. 7. ξυρὸν] ξηρὸν P. 8. ἠλείψατο BP. ἀλείψας G. 10. σινδόνας m. σινδόναις G. 11. ηὕρεσκετο B. 14. αἰτεῖσθαι] αἰτῆσαι G. 15. Ὀλβίας G. 17. προγεγραμμένων B. γεγραμμένων G. 19. ὧν] οὗ G.

Ex Hegesippi apostolorum discipuli commentario quinto de Iacobo fratre domini.

Frater domini Iacobus, cognomento Iustus, (alii quippe plures eo nomine dicebantur), a Christi abscessu ad nostra usque tempora una cum reliquis apostolis ecclesiam suscepit moderandam. Ex matris utero sanctitatem a deo sortitus prodiit. A vino et sicera penitus abstinuit, nec quicquam anima vegetatum assumpsit in cibum; in eius caput novacula non adscendit, olei vel balnei usum nusquam admisit. Illi soli sacrorum penetralium ingressus permissus. Laneis a se amotis lino tantum confectis vestibus usus est. Templum de more ingressus in genua procumbens pro populo veniam exorabat. Ex frequenti in genua procubitu deum pro plebe veniam rogaturo et adoranti ad camelorum instar genua callos immanes obduxerant; et ex eminentis iustitiae merito Iustus et Oblias, quasi sepimentum et populi iustitiam diceres, iuxta prophetarum de illo vaticinia, dicebatur. Ex septem itaque Iudaeorum sectis (illae vero propriis de unaquaque commentariis a me descriptae sunt) interrogabant nonnulli. Quae porta, hoc est exitus, Iesu est? Ad quae illo salvatorem eum asserente, ut Iesum Christum esse crederent quidam adducti sunt. Resurrectionem vero, vel etiam operibus singulorum hominum retributorem affuturum ex memoratis sectis alii nulla

τὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν διὰ Ἰάκωβον. πολ- P. 338
λῶν οὖν καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν
Ἰουδαίων καὶ Φαρισαίων καὶ γραμματέων λεγόντων ὅτι κινδυνεύει V. 269
πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶν. ἔλεγον οὖν συνελ-
θόντες τῷ Ἰακώβῳ, παρακαλοῦμέν σε, ἐπίσχες τὸν λαόν, ἐπεὶ
ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ. παρακα-
λοῦμέν σε πεῖσαι τοὺς ἐλθόντας πάντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα
περὶ Ἰησοῦ. σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα· ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦ-
μέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὅτι δίκαιος εἶ καὶ πρόσωπον οὐ λαμβάνεις.
πεῖσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. καὶ γὰρ πᾶς B
ὁ λαὸς καὶ πάντες ἡμεῖς πειθόμεθά σοι· στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτε-
ρύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ᾖς καὶ ᾖ εὐακουστά σου τὰ ῥή-
ματα παντὶ τῷ λαῷ. διὰ γὰρ τὸ πάσχα συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ
φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι γραμ-
ματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ
καὶ ἔκραξαν αὐτῷ καὶ εἶπον, δίκαιε, ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφεί-
λομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος,
ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ
μεγάλῃ, τί με ἐρωτᾶτε περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς C
κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως καὶ μέλ-
λει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. καὶ πολλῶν πληρο-

1. καὶ om. G. Ιακώβου G. 2. ἐκ τῶν add. B. 6. ὄντος αὐτοῦ G. 9. καὶ ὅτι πρόσωπον G. ὅτι om. B. 12. ᾗ BP. ἢ A. ὡς G. εὐακουστά B. εὖ ἀκουστά A. εὖ ἄκουστα G. ἐπάκουστα P. 17. Ἰησοῦ add. B. 19. υἱοῦ] Ιησοῦ G.

fide persuasum habebant. Quotquot deinde horum creduli eius hortatibus admiserunt fidem. Insigni itaque procerum Iudaeorum numero fidei consiliis animos subiiciente, reliquorum Pharisaeorum et scribarum tumultus auditus est: Iesum, inquiebant illi, velut Christum admittere populus omnis periclitatur. Iacobum igitur convenientes dicebant. Cohibe, rogamus te, populum, ea quippe quae est in Christum fide, tanquam Christus ipse sit, populus seductus est. Rogamus te, ut in omnium ad paschatis diem festivum venturorum auditu, quae de Iesu suadenda sunt, exponas. Doctorem te cuncti sequimur. Iustum te esse nos et una populus omnis testamur; humanis rationibus te nusquam duci certiores sumus. Hortare itaque populum, ne ex fide in Iesum errans abducatur; ut enim nos, ita populus universus sensum tuum sequitur. Sta itaque in templi fastigio, ut superne conspiciaris et verba tua nulli sint occulta; iam enim ad diem festum tribus cunctae una cum gentilibus convenerunt. Eum igitur in finem Iacobo ad excelsius templi fastigium statuto subclamaverunt scribae et Pharisaei memorati et dixerunt; o Iuste, qui nostrum omnium fidem promereris, cum populum nimia in Christum credulitate videamus delusum, ecquis Iesu sit exitus edoce nos. Ille sonora voce respondens: quid me de Iesu, inquit, homine interrogatis? In caelis a dextris magnae virtutis sedet et in caeli nubibus iterum venturus est. His auditis plures animati et Iacobi eos

φορηθέντων καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου καὶ λεγόντων, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, τὸ ἔμπαλιν οἱ αὐτοὶ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, κακῶς ἐποιήσαμεν τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ. ἀλλ' ἀναβάντες καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. καὶ ἔκραξαν λέγοντες, ὦ ὦ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη· καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γεγραμμένην, ἄρωμεν τὸν δίκαιον ὅτι D δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτοῦ φάγονται. ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτόν. ἐν ᾗ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων, παρακαλῶ κύριε θεὲ πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. οὕτως δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ, υἱοῦ Ῥαχαεὶμ, τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ἱερεμίου ἔκραξε λέγων, παύσασθε, τί ποιεῖτε; εὔχεται ὑπὲρ ἡμῶν ὁ δίκαιος. καὶ λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον, ἐν ᾧ ἀποπιέζει τὰ ἱμάτια, ἤνεγκε κατὰ τῆς P. 339 κεφαλῆς τοῦ δικαίου. καὶ οὕτως ἐμαρτύρησε· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. μάρτυς οὗτος ἀληθὴς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι γεγένη-

4. καταβάλωμεν B. καταβάλλωμεν G. 6. καὶ ὁ] καὶ om. G.

7. τῷ om. G. 8. δύσχρηστος BP. δύσχριστος G. γενήματα A. γενήματα B. αὐτοῦ] αὐτῶν A. 9. φάγονται B. φάγωνται A. φάγωμεν G. οὖν] δὲ G. κατέβαλλον G. 12. οὐ γὰρ οὐκ οἴδασι G. οὕτω G. 13. τῶν υἱῶν] καὶ τῶν υἱῶν G. ῥηχὰβ B. ῥιχὰβ A. Ῥεχὰβ G. ῥαχαεὶμ BP. Ῥαχαὴμ G. 14. παύσασθαι B. 17. μεμαρτύρηκεν G. 18. παρὰ — μένει παρὰ add. B. 19. τῷ ναῷ B. τοῦ ναοῦ G.

impellente testimonio canebant dicentes: Osanna filio David. Tum scribae et Pharisaei habito ad invicem colloquio: hoc nobis, inquiunt, male consultum, ut eiusmodi fidei testimonium edi disponeremus. Sursum ergo adscendentes praecipitem agamus, ut adstantium metu, fides eiusmodi penitus dissipetur. Igitur vociferati, vah, vah, inquiunt, Iustus erravit. Et impleverunt apud Esaiam scriptum sermonem: tollamus, aiunt, Iustum, quia improbus et adversus nobis est. Operum eius germina devoremus. Illi templo conscenso, Iustum ex eo praecipitem egerunt, cadentemque lapidibus mactaverunt. In terram praeceps lapsus animam confestim non reddidit; quare in adversam partem conversus positis in terram genibus dixit. Rogo te, deus pater, igosce illis, quod enim perpetrant facinus, ignorant. Illis autem lapides certatim mittentibus, sacerdotum filiorum Rechab Rachaim filii, quorum laudi Hieremias attestatur, nonnullus vociferatus est: quiescite, quid agere molimini? Orat pro nobis Iustus. Alter vero e turba exsiliens, fullonum calcandis vestibus fustem in Iusti caput impegit; atque ita martyrium subiit et in seposito templi loco sepultus est. Hic Iudaeis velut ac Graecis omni maior exceptione testis est, Iesum esse Christum.

ται, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. ταῦτα μὲν Ἡγήσιππος τῶν τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου ἀξιόπιστος συγγραφεὺς ὀρθῶς ἱστορεῖ, ᾧ καὶ Ἰώσηππος οὐκ ἀπᾴδοντα συμφωνεῖ γράφων ταύτην γενέσθαι τὴν αἰτίαν τῆς κατὰ Οὐεσπασιανὸν ἁλώσεως Ἰουδαίων.

Ἰωσήππου περὶ τῶν αὐτῶν.

Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ B δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην εἴπομεν παρειληφέναι, θρασὺς V. 270 ἦν τὸν τρόπον καὶ τολμητὴς διαφερόντως. αἵρεσιν δὲ μετῄει τὴν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν· ἅτε δὴ τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ λεγόμενον, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους, ὡς κατὰ παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παραδέδωκε καταλευσθησόμενον. ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν C κατὰ τὴν πόλιν εἶναι καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα κρυφῇ πα-

5. τῶν Ιουδαίων G. 6. Ἰωσήππου] Antiq. XX, 9. 7. δὲ add. B. 8. ἐπειδήπερ B. ἐπειδὴ γὰρ G. 12. τὴν A. τῶν G. 14. ὢν om. G. 15. φίστον B. 17. ἑτέρους BP. ἑταίρους G. 19. καταλευσθησομένους m. 21. τούτῳ] τούτων G.

Haud multo vero post tempore obsidionem in eos Vespasianus apparat. Haec nobis Hegesippus sinceriorum historiarum nostrarum fide dignus scriptor fuco procul testatum reliquit, cui non absona concinit Iosephus scribens, hanc Iudaeorum captivitatis a Vespasiano illatae occasionem extitisse.

Iosephus de iisdem.

In Iacobi Iusti, qui fuit frater Iesu, Christi etiamnum nuncupati, vindictam Iudaeis haec accidere; quod eum videlicet eximia prae reliquis iustitia praestantem Iudaei inhumane interfecerint. Iunior autem Ananus, quem pontificatum invasisse narravimus, ferox moribus et audacia summa ferebatur. Saducaeorum sectam, ut diximus, prae Iudaeorum sectis omnibus iudiciorum et in crimina rigoris observantem, profitebatur. Talis igitur cum esset Ananus commodum tempus occurrisse ratus, quod luci quidem Festus ereptus, Albinus adhuc itinere detineretur, concilium iudicum convocat, delatoque fratre Iesu Christi quondam dicti (Iacobus ei nomen erat) et quibusdam aliis, in eos, ceu legum violatores accusatione composita lapidibus obruendos obiecit. Qui vero in civitate humaniori iudiciorum normae assueti, et legum videbantur studiosiores graviter haec ferebant; nun-

ρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ μηκέτι τοιαῦτα πράττειν· μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι· τινὲς δὲ καὶ τῷ Ἀλβίνῳ ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντι, καὶ διδάσκουσιν ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν Ἀνάνῳ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γνώμης καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις γράφει μετ' ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν. καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας διὰ τοῦτο τῆς ἀρχιερωσύνης ἀφελό-
D μενος αὐτὸν ἄρξαντα μῆνας τρεῖς Ἰησοῦν τὸν Ἰδαμμαίου κατέστησε.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφξγ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ξγ'.

Τὰ ὑπόλοιπα τοῦ Νέρωνος.

Νέρων πρῶτος κατὰ Χριστιανῶν κινήσας διωγμὸν πρὸς τῷ τέλει τῆς αἰσχίστης ζωῆς καὶ βασιλείας αὐτοῦ, καθ' ὃν Πέτρος καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησαν οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, πολλοὺς καὶ ἄλλους Χριστιανῶν ἀνεῖλε, πλείονας ἐκδιώξας.

P. 340 Νέρων τοὺς θείους ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον ἀνελών, πολλούς τε Χριστιανῶν διαφθείρας καὶ πλείονας διώξας, ἐπὶ τούτοις κιθαρῳδίαις καὶ τραγῳδίαις κατά τε Ῥώμην καὶ τὴν Ἑλ-

2. αὐτὸν om. G. 3. καὶ τῷ] ἐκ τῶν vulgo. ἐκ τῶν κατὰ τὸν B. Ἀλβίνῳ] Vulgo Σαλβίνων. ἀλβίνου B. 4. αὐτοῦ] αὐτῶν G. 7. ἀελόμενος (sic) B. 8. ἰδαμμαίου B. Ἰδουμαῖον G. Corrige Δαμναίου ex Iosepho p. 976. 12. τοῦ add. B.

ciisque clam ad regem missis, mandaret Anano, ne quid deinceps simile moliretur, suggesserunt; nam nec priora haec recte gessisse manifestum erat. Nonnulli quoque Albinum Alexandriam venientem obviam facti commonent, et absque eorum consensu concilium Anano convocare nefas clamitant. His motus Albinus stilo duriore et bilem redolente scribit Anano, et poenas de illo se sumpturum minatur et Agrippa rex eam ob causam pontificatu, cui menses tres praefuerat, eo abdicato, Iesum genere Idumaeum ei subrogavit.

ANNI MUNDI 5563.

Divinae Incarnationis an. 63.

Reliqua Neronis gesta.

Nero circa foedissimae suae vitae imperiique finem persecutionem in Christianos primus movet, qua Petrus et Paulus divini apostoli martyrium subierunt; Christianorum quoque alios multos sustulit, plures in exsilium egit.

Nero divinis apost. Petro et Paulo interfectis, pluribus etiam Christianorum ultimo supplicio affectis, plurimis exsilio relegatis, cithara cantibusque cum Romae tum per Graeciam ovans, vario quoque curruum

λάδα πομπεύων, Ἰσθμίοις καὶ Πυθίοις καὶ Ἠλείοις καὶ Ἀκτίοις ἐστεφανοῦτο κήρυξιν ἅρματι πωλικῷ καὶ τῷ τελείῳ καὶ δεκαπώλῳ, μεταθέμενος καὶ τὴν ὀλυμπιάδα κατὰ σκηνῆς αἰσχρῶς ἑαυτὸν ὑπεδείκνυ.

Τότε καὶ τὸν Ἰσθμὸν ἠβουλήθη διορύξαι πρὸς τὸ γενέσθαι νῆσον τὴν Πελοπόννησον.

Οὗτος εἰς Ῥώμην ἐπαγελθὼν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐκεῖθεν πάλιν εἰς Ἄργος φεύγει πειρασθεὶς ἐπαναστάσεως καὶ ὑπό τινος τῶν οἰ- B κετῶν βιαίως ἀναιρεῖται, ὡς δὲ ἕτεροι, ἑαυτὸν διαχειρισάμενος τέθνηκεν.

Οὐεσπασιανὸς ὑπατικὸς ἀνὴρ δυνατὸς ὑπὸ Νέρωνος κατὰ Ἰουδαίων ἀποστάντων πεμφθεὶς καὶ δυσὶ πολέμοις τούτους τρεψάμενος ἀπέκλεισεν. Ἰώσηππος δὲ στρατηγῶν Ἰουδαίων μόλις περισωθεὶς θεσπίζει τῷ Οὐεσπασιανῷ τὰ τῆς Νέρωνος τελευτῆς καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας.

Νέρων υἱοθετήθη μὲν τῷ πρὸ αὐτοῦ Ῥωμαίων βασιλεύσαντι Κλαυδίῳ, πρόγονος ὢν αὐτοῦ. ἐβασίλευσε δὲ Ῥωμαίων μετὰ Κλαυδίου ἔτη ιγ', κατὰ δὲ ἄλλους ιδ'. τούτου δὲ τῆς βασιλείας ἀτυχεστέραν ἢ αἰσχροτέραν ἐν οὐδενὶ χρόνῳ φαίνονται βασι- C λευθέντες Ῥωμαῖοι. πάσης γὰρ τυραννίδος καὶ ὠμότητος ἔργα παρ' αὐτοῦ πέπρακται, ἀκρασίαι, μιαιφονίαι, τῆς τε μητρὸς Ἀγριππίνης καὶ Ὀκταβίας καὶ τῆς οἰκείας γαμετῆς, ἀδελ-

1. Ἠλείοις m. Ἰλλίοις vulgo. ἰλλύοις B. 2. ἐστεφανοῦντο A. 6. νῆσον] ἴσον A. ἴσον B. 7. ἐκ τῆς] ἐξ G. 9. διαχειρησάμενος B. 15. τῆς αὐτοῦ] τὰ τῆς G. 18. Κλαυδίου] Κλαύδιον G. 22. Ὀκταβίας] ὁ κατὰ βίας om. G.

genere, pullis nimirum, solemni quadriga, et decemiuge vectus, Isthmiis, Pythiis, Elaeis et Actiis ludis a praeconibus coronatus procedebat; mutatisque Olympiadibus, ridicule se ipsum in scena promebat.

Eodem quoque tempore Isthmum Peloponneso in insulam formandae, perfodere molitus est.

Idem ex Graecia Romam reversus, rursum tumultum praesentiens Argos tendit et a domesticorum quopiam neci traditur; ut vero auctores alii scribunt, violentam ipse sibi necem conscivit.

Vespasianus vir consularis et magnanimus adversus Iudaeos perduelles a Nerone missus, duobus praeliis fusos in urbem collegit et obsedit. Iosephus Iudaeorum dux vix belli periculo salvus, Neronis necem et imperii successum Vespasiano praedicit.

Nero quidem a praecessore Romanorum Imperatore Claudio, utpote privignus, in filium adoptatus, Claudio defuncto annis 13, ex aliorum sensu 14, imperavit; quo infelicius et foedius nunquam Romani subierunt imperium; omnis quippe tyrannidis et crudelitatis facinora edidit; intemperantiae excessus, caedes, Agrippinae matri et propriae coniugi mors illata,

V. 271 φοῦ τε γνησίου καὶ θείου πρὸς πατρὸς καὶ ἄλλων πολλῶν συγγενῶν, καὶ τῶν ἐν γερουσίᾳ. ἐπὶ πᾶσι δ' αὐτοῦ τοῖς ἀτυχήμασι καὶ τὸν πρῶτον κατὰ Χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμὸν, ἡνίκα Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ θειότατοι ἀπόστολοι τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες κατεστέφθησαν ἀγῶνι, ὁ μὲν κατὰ κεφαλῆς ἀνασκολοπισθεὶς, ὡς αὐτὸς ᾑρετίσατο, ὁ δὲ τὴν ἁγίαν ἐκτμηθεὶς κεφαλὴν, Παῦλος· περὶ ὧν ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεὺς Τερτυλλιανὸς τάδε D γράφει· ἐνετύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν; ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο δογματίσαντα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας ὠμὸς ἦν εἰς πάντας διώκτης. τοιούτῳ τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον νοῆσαι δύναται οὐκ ἂν, εἰ μὴ μέγιστον ἀγαθῶν ἦν ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι. ταύτῃ γοῦν οὗτος θεομάχος ἐν τοῖς μάλιστα πρῶτος ἀνακηρυχθεὶς ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. Παῦλος δὴ οὖν ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν λέγεται. καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Παύλου καὶ Πέτρου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόρρησις. τούτοις καὶ Γάϊος
P. 341 ἱστορικὸς, ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς, ὅμοια γράφει Πρόκλῳ τινὶ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως διαλεγόμενος ἐν τοῖς χρόνοις Ζεφυρίνου, πεντεκαιδέκατος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος κατὰ Σεβῆρον Ῥωμαίων αὐτοκράτορα. ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω.

6. ἡρετίσατο A. ἡρετήσατο G. 7. Vulgo Τερτυλιανὸς. 8. Vulgo ἐντύχετε. εὑρήσητε A. εὑρήσεται B. 12. μέγιστον m. μεγίστη G. 17. ἡ Πέτρου καὶ Παύλου G. 18. γάϊος BP. Γαΐας G. 20. Ζεφυρίνου] ὃς ἐγένετο addit m. 21. σεύηρον A. σέηρον B. Σέβηρον G.

vita germano fratri nec non patruo consanguineis pluribus ac senatoria dignitate conspicuis viris adempta; sceleribus cunctis, velut coronidem, primam in Christianos persecutionem adiecit, qua Petrus et Paulus fidei victoria redimiti sunt; hic ex animi desiderio capite inverso cruci suffixus, ille vero, nempe Paulus sacro capite amputato necatus, de quibus Tertullianus scriptor Latinus haec habet. Commentaria nostra legistis? In eis hoc primum Neronem sancientem reperietis; cum maxime oriente Romanis legibus subacto, ferox persecutor in omnes insanivit. Tali poenarum nostrarum auctore gloriamur. Qui enim hominem noverit, ingentis successus condemnationem eius esse potest cogitare. Hoc pacto itaque ille deo infensus hostis inter insignes primus renunciatus ad apostolorum perpetrandam caedem impulsus est. Paulus igitur Romae capite abscisso, et Petrus pariter crucis supplicio eius tempore fertur damnatus; et in hunc usque diem in sepulcris eorum encomium perseverans, historiam veram esse confirmat. His non absimilia Caius historicus vir ecclesiae obsequio mancipatus cum Proclo quopiam e Phrygum secta disceptatione edita scribit Zephyrini Romanorum ecclesiae pontificis 15 et Severi Imp. tempore. Ego

ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βασίκανον ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὀστείαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν. τούτοις ἀκόλουθα καὶ Διονύσιος ὁ Κορίνθου ἐπίσκοπος γράφει, ὡς δηλονότι κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐμαρτύρησαν. ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας τὴν ἀπὸ Παύλου καὶ Πέτρου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φοιτήσαντες B ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκδιδάξαντες ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.

Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος μετὰ Πέτρον τὸν Κορυφαῖον Λίνος ἔτη ιη'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφξδ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ξδ'.

Νέρωνος τὸν βίον αἰσχρῶς καταλύσαντος Οὐεσπασιανὸς ὑπὸ τῶν στρατευμάτων κατὰ τὴν Ἰουδαίαν βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀνηγορεύθη. C Γαλβᾶς δὲ στρατηγῶν Ἰβηρίας εἰς Ῥώμην παρελθὼν κρατεῖ μῆνας ἑπτά. τοῦτον Ὄθων ἀνελὼν εἷς τῶν ἐν τέλει κρατεῖ μῆνας τρεῖς ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ὃν Βιτέλλιος κτείνας κρατεῖ μῆνας η'. οὗτος Σαβῖνον τὸν ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ διατρίβον-

1. Βατικανὸν καὶ ἐπὶ m. 2. εὑρήσῃς B. 3. καὶ] ὁ G. 4. ὡς] ὅς m. ἐμαρτύρησαν B. ἐμαρτύρησεν AG. 5. ὑμεῖς m. ἡμεῖς G. νουθεσίας Barber. Vulgo νομοθεσίας G. 6. γενηθεῖσαν B. γεννηθεῖσαν G. 7. ἄμφω m. ἀμφοῖν G. εἰς] κατὰ G. 14. αἰσχρῶς τὸν βίον G. 17. ὤθων B. ὄθον A. Ὀθὼν G. εἷς τῶν] εἰς τὸν A. 18. ὃν] ὧν G. κτείνας om. G. 19. τὸν ἀδελφὸν] ἀδελφὸν τοῦ G.

vero, inquit, apostolorum tropaea penes me habeo. Ad Vaticanum quippe et viam Ostiensem profecto eius ecclesiae fundatorum tropaea occurrunt. Istis consona Dionysius Corinthi episcopus parem martyrii palmam sortitus scriptis reliquit firmata. Et vos quoque talibus institutis et monitis instructi Romanorum Corinthiorumque germen Petri Paulique studio pullulans coniunxistis. Etenim uterque frequens Corinthi nostrae visitator salutis nobis documenta reliquit; paribusque praeceptis illustrata Italia, non dissito ab invicem tempore fidei testimonium fuso sanguine firmavere.

Romanorum ecclesiae post Petrum apostolorum coryphaeum primus episcopus Linus annis 18.

ANNI MUNDI 5564.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 64.

Nerone foeda morte sublato, Vespasianus in Iudaea a militibus Imperator proclamatur. Galba vero Romani exercitus per Hispaniam dux Romam advolans menses septem tenet imperium. Hunc Otho inter Romanos proceres conspicuus interficit et regnat menses tres. Vitellius Romae degens rerum summa potitur menses octo. Iste Sabinum Romae quoque morantem

τα κατὰ τὴν Ῥώμην καὶ φόβῳ τῆς ἀναῤῥήσεως τοῦ ἀδελφοῦ ἐν τῷ Καπετωλίῳ προσφυγόντα κατὰ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς ἀνεῖλε, πολιορκήσας τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ναὸν ἐμπρήσας. ὁ δ᾽ αὐτὸς ὑπὸ Δομετιανοῦ παραχρῆμα ἀνῃρέθη τοῦ νεωτέρου παιδὸς Οὐεσπα-
D σιανοῦ πεμφθέντος εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ πατρός. τὸν γὰρ πρεσβύτερον υἱὸν Τίτον τὸν πρὸς Ἰουδαίους πόλεμον ἐκτελέσαντα καταλιπὼν αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα παραγίνεται, ὡς Ἕλληνες μυθεύουσιν, ἐφ᾽ οἷς ἠκηκόει παρὰ τοῦ Τυανέως Ἀπολλωνίου περὶ τοῦ Χριστοῦ τῆς βασιλείας καὶ τῶν λοιπῶν εὐδοκιμήσεων, κατὰ τὴν Αἴγυπτον συντυχὼν αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν καὶ Βραχμάνων ἐπανελθόντι τῶν ἐκεῖσε Γυμνοσοφιστῶν. ἐλθὼν οὖν εἰς Ἑλλάδα χειροῦται τὰς ἀποστάσας πόλεις. κἀκεῖθεν εἰς Ῥώμην παραγίνεται, βα-
V. 272 σιλεύσας κοσμίως καὶ ἀντιθέτως τῷ Νέρωνι. βίους γὰρ καὶ τὰ τῆς πόλεως ἀνακαλεῖται δίκαια, τούς τε ἐπαναστάντας βαρβάρους Βροξύλους καὶ Βρεττανοὺς καὶ Δάκας καὶ Σαρμάτας διὰ τῶν παίδων παραστησάμενος Δομετιανοῦ καὶ Κυρεναλίου.

P. 342 *Εὐσεβίου.*

Τίτος Ἰουδαίους πολιορκήσας καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκάψας καὶ μυριάδας ἀνδρῶν ἐφόνευσε. φησὶ δὲ καὶ Ἰώσηππος λιμῷ καὶ μαχαίρᾳ ρι´ μυριάδας ἀπολέσθαι, καὶ ἄλλας τρεῖς μυριάδας

2. προσφυγόντα] φεύγοντα G. 3. ὑπὸ BP. ἐπὶ G. 4. παιδὸς] παιδὸς τοῦ G. 7. καταλειπὼν B. ὡς Ἕλληνες μυθεύ— (supplevi μυθεύουσιν) addidi ex B, qui in his ipsis verbis desinit. Dehinc ubi Goari lectionem simpliciter pono, recepta lectio codici A debetur. 9. τοῦ Χριστοῦ τῆς] τῆς Χριστοῦ G. 11. εἰς τὴν Ἑλλάδα G. 16. Κυρεναλίου] Κεραλίου m. 17. Εὐσεβίου] P. 376. et Histor. eccles. III, 5. 19. Ἰώσηππος] Bell. Iud. VI, 4. 20. ρι´ μυριάδας] μυριάδας ρι´ G. ἀπολέσθαι] ἀπώλεσεν A.

et fratris Vespasiani Imperatoris renunciati causa Capitolium fuga occupare tentantem, ad Iovis templum obsidione posita et fano igne devastato confecit; idemque confestim a Domitiano Vespasiani filio iuniore a patre illuc misso peremptus est. Vespasianus enim Tito filio maiore bellis adversus Iudaeos perficiendis relicto in Graeciam diverterat, quo tempore Apollonio Tyanaeo ex Indiis et Brachmanarum et Gymnosophistarum convictu Aegyptum reverso factus obviam, de Christi regno aliisque laudandis rebus virum disserentem audierat. In Graeciam appulsus rebelles civitates parere coegit; exinde Romam usque transfretatus moderatum et Neroniano oppositum gessit imperium; census enim et cuncta civitatis restituit iura; motosque barbaros, Broxylos, Britannos, Dacos et Sarmatas missis in eos Domitiano et Cereali filiis repressit.

Ex Eusebio.

A Titus Iudaeos obsedit, Hierosolyma subvertit, myriadesque hominum plurimas delevit. Fame vero ferroque hominum myriades 110 confectas,

διαπεπρᾶσθαι αἰχμαλώτων. αἴτιον δὲ τοῦ τοσοῦτο πλῆθος κατὰ τὴν πόλιν εὑρῆσθαί φησι τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν, ἐν ᾗ πάντες οἱ τοῦ ἔθνους συνεληλυθότες ὡς ἐν εἱρκτῇ συνεκλείσθησαν. ἔδει γὰρ τοὺς ἐν ἡμέραις τοῦ πάσχα ἐπιβεβουλευκότας τῷ σωτῆρι ἡμῶν παθεῖν.

Οὐεσπασιανὸς τὸ Καπετώλιον ἐμπρησθὲν ἀνῳκοδόμησεν. B

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στάσις.

Ὁ κολοσσὸς Ῥόδου ἀνεστάθη μῆκος ποδῶν ρκζ' ἐκ χαλκοῦ.

Λοιμὸς κατὰ τὴν Ῥώμην μέγας, ὡς καθ' ἡμέραν ὑπὲρ μυρίους θνήσκειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας.

Ἐν Κύπρῳ τρεῖς πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν.

Οὐεσπασιανὸς ἀποικίας ἐκπέμψας τελευτᾷ νόσῳ.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος ἔτη λ'. C

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφξς'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ξς'.

Τὰ ὑπόλοιπα Ἀγρίππα Ἰουδαίων βασιλέως.

Ἕως τοῦ μικροῦ τούτου Ἀγρίππα ἡ ὑπὸ ἀλλοφύλων βασιλεία τῶν Ἰουδαίων κατηργήθη διαρκέσασα ρ' ἔτη οὕτω. Ἡρώδης πρῶτος ὁ τὰ νήπια ἀνελὼν ἐν Βηθλεὲμ ἔτη λζ'. Ἀρχέλαος ὁ υἱὸς

1. τοῦ] τὸ G. τοσοῦτο πλῆθος] τοσούτου πλήθους A. 8. Ὁ et Ῥόδου om. G. 15. Vulgo ἔτος. 18. διαρκέσασα Scaliger p. 80. Vulgo διασκεδάσασα.

alias tres captivorum abductas Iosephus scribit. Multitudinis autem adeo numerosae in urbem collectae paschatis festum, ad quod celebrandum undequaque conveniebant, ex quo velut in caveam coniecti et conclusi sunt, causam fuisse affirmat. Eos enim qui sui paschatis festo salvatori nostro composuissent insidias, eodem in festo mutuas poenas referre decebat.

Vespasianus Capitolium incendio vastatum restituit.

Tumultus Alexandriae.

Colossus aereus pedum 127 erectus.

Pestis adeo vehemens per Romanam urbem grassata est, ut continuis diebus plurimis hominum 10,000 efferrentur.

In Cypro tres urbes terrae motu subversae.

Vespasianus Romanis coloniis propagatis morbo correptus vita defungitur.

Antiochiae episcopus 2 Ignatius Deifer annis 30.

ANNI MUNDI 5566.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 66.

Agrippae Iudaeorum regis reliqua gesta.

Iudaeorum regnum annis centum perseverans, a regibus alieno sanguine ortis ad minorem Agrippam hoc modo prorogatum, exstinguitur. Herodes omnium primus, ille Bethleemicorum infantium parricida annis 37, Ar-

D αὐτοῦ ἔτη θ'. Ἡρώδης ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη κδ'. Ἀγρίππας ὁ υἱὸς Ἡρώδου, ὁ σκωληκόβρωτος Ἡρώδης, ἔτη ζ'. Ἀγρίππας ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ μικρὸς λεγόμενος, ἔτη κγ'. ὁμοῦ ἔτη ρ'.

Συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος κατὰ τόδε τὸ χρονογραφεῖον ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως ἔτους δευτέρου Οὐεσπασιανοῦ ἔτη ,εφξζ'. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ,γτκε'. ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου ἔτους Ἀβραὰμ ,βφνε'. ἀπὸ δὲ τῆς ἐξόδου τοῦ ναοῦ διὰ Σολομῶνος ἔτη * *. ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἐπισκευῆς ἤτοι δευτέρου ἔτους Δαρείου ἔτη * *. ἀπὸ δὲ τῆς
P. 943 δευτέρας ἐπισκευῆς ἔτη * *. ἀπὸ δὲ τῆς Ἀντιόχου πολιορκίας ἔτη * *. ἀπὸ δὲ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ ἔτη λδ'.

V. 273

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφοε'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη οε'.

Βασιλεὺς Ῥωμαίων η' Τίτος υἱὸς Οὐεσπασιανοῦ ἔτη β'.

Τῆς συγκλήτου πρεσβευσαμένης, ὥς τινες, Τίτος θεὸς ἀνηγορεύθη δευτέρῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει, καὶ παραχρῆμα θνήσκει θεηλάτως· ὡς δὲ Ἕλληνες ἱστοροῦσι, φαρμάκῳ Δομετιανὸς αὐτὸν ἀνεῖλεν ὁ ἀδελφὸς ἔρωτι τῆς μοναρχίας. εὐδαίμονα δέ φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς πράγμασι τὴν πόλιν, καὶ τὴν ὅλην

2. ὁ σκωλ— Scaliger. ἔτη . . . . ὁ σκωλ— A. ἔτη ὁ σκωλ— G. Ἡρώδης delevit Scaliger. Sed vide p. 333 a. 3. λεγόμενος add. AP. om. G. 4. Συνάγεται] Conf. chron. pasch. p. 247. et Eusebium p. 377. Vulgo χρονογραφίον. 6. βφνε'] βσνε' m. 7. ἔτη] ,αλδ' supplet m. 13. βασιλεῖς A. 17. τῆς αὐτοῦ μοναρχίας G. 18. φασιν] αὐτὸν add. m. ὅλην om. G.

chelaus eius filius annis 9, Herodes eius frater annis 24, Agrippa Herodis filius, Herodes vermium pabulum dictus, annis 7 postremo filius eius minor Agrippa vocatus annis 23. Quorum summa anni 100.

Tempus omne hucusque lapsum secundum praesentem chronographicum computum ita colligitur.

Ab Adamo ad annum Vespasiani secundum anni 5567.
A diluvio vero anni 3325.
Ab Abrahami natalibus anni 2255.
Ab inchoati templi Salomonis primordio anni 1094.
A prima templi reparatione, id est Darii anno secundo, anni . . . . .
A templo secundum reparato anni . . .
Ab Antiochi altera obsidione . . . .
A salute per crucem parta anni 34.

ANNI MUNDI 5575.

Divinae Incarnationis an. 75.

Romanorum Imperator 8 Titus Vespasiani filius annis 2.

Divini honores Tito anno imperii eius secundo, ut quidam referunt, senatus consulto deferuntur; qui plaga caelitus immissa improviso interiit; at si fidem Graecis demus, eius frater Domitianus regnandi cupidus veneno submovit. Urbem rerum omnium fecundam universumque Romanum im-

Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, εἴπερ τινὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ. B ἐπ' αὐτοῦ ὁ μέγας κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμπρησμός. ἐπ' αὐτοῦ καὶ τὸ Βέσβιον ὄρος κατὰ κορυφῆς ῥαγὲν πῦρ ἀνέβλυσε τοσοῦτον, ὡς καταφλέξαι τὴν παρακειμένην χώραν σὺν ταῖς πόλεσιν. ἀλλὰ τοῦτον Δομετιανὸς, ὡς εἴρηται, φθόνῳ τῆς εὐπραγίας καὶ τῷ τῆς αὐτοκρατορίας ἔρωτι φαρμάκῳ δολοφονήσας βασιλεύει μετ' αὐτὸν ἔτη ιβ', σὺν αὐτῷ δὲ ιδ', κατὰ δὲ ἄλλους ιε', κάκιστα χρησάμενος τῇ ἀρχῇ, ἅπαν ὠμότητος καὶ πλεονεξίας καὶ φονικῆς πράξεως καὶ αἰσχρουργίας εἶδος μετιὼν, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ βασίλεια πληρωθῆναι τῆς ἀκολασίας. οὗτος Νερβᾶν μετέστησεν ὡς ἐπίβουλον τῆς ἀρχῆς καὶ δι' αὐτὸν Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα φιλόσοφον ἐφρούρησεν, ὡς φίλον αὐτοῦ, κείρας αὐτὸν καὶ δέσμιον C ἀγαγὼν εἰς δεσμωτήριον. ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἔπεισε τὸν φιλόσοφον μὴ τοῖς πραττομένοις ἐπιπλήττειν καὶ ἐγγελᾶν. τότε μυθεύονται καὶ τὸ πολυθρύλητον ἔπος εἰρηκέναι πρὸς αὐτὸν καὶ παραχρῆμα γενέσθαι ἄφαντον, ὡς Φιλόστρατος μαρτυρεῖ,

Οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι.
Δομετιανὸς εὐπατρίδας πολλοὺς μετέστησε Ῥώμης.
Τότε καὶ ἄξυλον ναὸν ᾠκοδόμησεν.
Εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσε.
Σεβαστὴν ἀνηγόρευσε τὴν ἰδίαν γαμετήν.

2. αὐτοῦ] Vulgo αὐτόν. αὐτοῦ A. αὐτὸν G. 15. Vulgo πολυθρύλλητον. πρὸς] παρ' A. 16. μαρτυρεῖ] ἱστορεῖ G. 17. Versus Homericus Iliad. χ, 13. Vulgo κτεινᾶίης ἐπεὶ οὔτι. 19. ἄξυλον] Vulgo ἄξυλον, consentiente A. *sine lignea materia* Eusebius p. 378. ναὸν om. G. 20. ἐκώλυσεν m. ἐκέλευσεν G. *vetuit* Eusebius p. 328. 21. καὶ om. A.

perium prae iis qui regnaverant prius, felix effecisse asserunt. Stupendum eius tempore incendium Romae visum; voragine quoque in Vesuvii montis vertice aperta adeo copiosus ignis erupit, ut vicinis urbibus devastatis regionem quaqua versus percurrerit. Domitianus fraternae felicitatis invidia et imperandi aestu motus veneno Titum dolose sustulit; et post eum regnat annis 12 una cum eo 14, iuxta alios 15, imperio turpiter abutitur; crudelitatis, avaritiae, caedium et turpitudinis nullum specimem non edidit; adeo ut regia ipsa intemperantiae sceleribus conspurcaretur. Hic Nervam, ceu imperio insidiantem, urbe depulit et Apollonium Tyaneum philosophum eius amicum capite tonsum vinctum sub custodia eius occasione tenuit; sed neque sic philosophum ab arguendi libertate et gestis omnibus subsannandis compescuit. Tunc celebre carmen illud ab eo prolatum, nec ipsum ulterius visum, auctore Philostrato fabulantur:

Me non interimes, non hoc tibi fata dederunt.
Domitianus patricios plures in exsilium egit.
Eodem tempore asylum aedificavit.
Viros eunuchos fieri prohibuit.
Propriam uxorem Augustam renunciavit.

D Τοὺς μαθηματικοὺς δεύτερον ἀπήλασε καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης.

Τῆς Ἑστίας τρεῖς παρθένοι ἱέρειαι κατεδικάσθησαν ἁλοῦσαι φθορᾷ. καὶ αὖθις Κορνηλία ἡ πρώτη τῶν τῆς Ἑστίας παρθένων ἱέρεια ζῶσα κατωρύγη φθορᾷ περιπεσοῦσα.

Ἐπὶ αὐτοῦ Δάκες καὶ Νασαμῶνες ἐπαναστάντες Ῥωμαίοις διεφθάρησαν.

Δομετιανὸς ἐθριάμβευσε κατὰ τῶν Δακῶν καὶ Γερμανῶν.

Ὁ αὐτὸς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄμπελον φυτεύεσθαι ἐκώλυσε, πολλούς τε τῶν εὐπατριδῶν ἀνεῖλε.

P. 344 Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν, ἵνα μή τις Ἰουδαίων βασιλικοῦ γένους ἀπολειφθῇ.

Οὗτος μετὰ Νέρωνα δεύτερος Χριστιανοὺς ἐδίωξε, καὶ Ἰωάννην τὸν θεολόγον ἄπολιν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ περιώρισεν, ἔνθα τὴν ἀποκάλυψιν ἑώρακεν, ὡς ὁ ἅγιος Εἰρηναῖός φησι. πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανὸν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυία Δομετίλλα ἐξαδελφὴ Κλήμεντος Φλαυίου ὑπατικοῦ, ὡς Χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται· αὐτός τε Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται. τούτου B δὲ Στέφανός τις τῶν ἀπελευθέρων εἷς, τῇ πρὸς τὸν δεσπότην εὐνοίᾳ Κλήμεντα ἐνεδρεύσας τὸν Δομετιανὸν ἀνεῖλε, τιμῆς τε παρὰ τῆς συγκλήτου ἠξιώθη ὡς αἴσχους Ῥωμαίους ἀπαλλάξας.

8. τῶν] Vulgo τό. δοκῶν A. 10. Vulgo εὐπατρίδων. 20. πρὸς τὸν δεσπότην m. τῇ περὶ τοῦ δεσπότου. 21. κλήμεντα Am. Κλήμηντι G.

Mathematicos philosophos urbe facessere secundo iussit.

Virgines tres Vestae sacerdotes, quod essent scortatae, condemnantur. Rursumque Cornelia sacerdos virginum Vestalium praecipua, stupro admisso, viva in terram defoditur.

Sub eo Daci et Nasamones bello tumultuantes profligantur.

De Dacis et Germanis Domitianus triumphat.

Idem in urbibus vitem plantari vetuit; patriciosque nonnullos e vita sustulit.

Domitianus, ne quis Iudaeorum regii generis superesset, cunctos stirpe David ortos interimi iussit.

Hic post Neronem persecutionem in Christianos movit secundam. Ioannem theologum urbe pulsum in Patmos insulam, ubi, Irenaeo teste, divinam accepit revelationem, ablegavit. Christiani plurimi, ut Brettius scribit, sub Domitiano martyrium passi sunt; inter quos Flavia Domitilla Flavii Clementis viri consularis consobrina, Christianae fidei nomine in Pontiam insulam, exsul deportatur; Clemens ipse pro Christo vitam amittit. Huius libertorum quispiam Stephanus nomine, ex suo in Clementem affectu paratis insidiis Domitianum interfecit; isque idem quod eiusmodi opprobrii foeditate Romanos liberasset, honores a senatu decretos accepit.

Τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος γέγονε μετὰ Πέτρον τὸν Κορυφαῖον Ἀνέγκλητος ἔτη δύο. V. 274

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφος'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ος'.

Ῥωμαίων βασιλεὺς Δομετιανὸς ἔτη δώδεκα.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφοζ'. C

Τῆς θείας σαρκώσεως οζ'.

Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγήσατο δ' Κλήμης ἔτη θ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφοη'.

Τῆς θείας σαρκώσεως οη'.

Τούτου καὶ ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους μέμνηται πρώτῃ ἐπιστολῇ εἰπών, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. τούτου ἐπιστολὴ D *μία γνησία Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως ἐν Κορίνθῳ συμβάσης τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἥτις καὶ ἐκκλησιάζεται.*

Ῥωμαίων ε' ἐπίσκοπος Εὐάρεστος ἔτη θ'.

Ἐν Ῥώμῃ θεοσημίαι πολλαὶ καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης γεγόνασιν.

Ἀλεξανδρείας γ' ἐπίσκοπος Αἰμίλιος ἔτη ιβ'.

5. *βασιλεῖς* A. 7. om. A. 10. *σαρκώσεως* om. A. 11. *τούτου καὶ ὁ ἀπόστολος* P. *τέλος* G. 14. *μία*] *ἡ μία* G. 18. Vulgo *θεοσημεῖαι*.

Romanae eccles. post Petrum Coryphaeum fuit episcopus Anacletus annis 2.

ANNI MUNDI 5576.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 76.

Romanorum Imperator 9 Domitianus annis 12.

ANNI MUNDI 5577.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 77.

Romanae ecclesiae pontifex 4 Clemens annis 9.

ANNI MUNDI 5578.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 78.

Clementis istius epistola ad Philippenses prima meminit apostolus dicens: „cum Clemente et reliquis coadiutoribus meis, quorum nomina in libro vitae scripta sunt;" Germanam eius ad Corinthios epistolam, quasi a Romana ecclesia, tumultus cuiusdam Corinthi exorti occasione scriptam ab ecclesia vulgo recipi, et coram publice legi, auctor est Hegesippus.

Romanorum episcopus 5 Evaristus annis 9.

Romae et per orbem universum plurima visa prodigia.

Alexandriae episcopus 3 Aemilius annis 12.

P. 345 ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφπζ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη πζ΄.

Ἡγησίππου περὶ τῶν ἐκ γένους Δαβὶδ καὶ τοῦ σωτῆρος ὑπὸ αἱρετικῶν διαβληθέντων Δομετιανῷ.

Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου υἱῶν Ἰούδα τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, ὡς ἐδηλάτευσαν ἐκ γένους
B *ὄντες Δαβίδ. τούτους ὁ Ἰούκατός ἤγαγε πρὸς Δομετιανόν. ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ, ὡς καὶ Ἡρώδης, καὶ ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσιν ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. οἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι ἐνναχισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστου αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεως. καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων λθ΄ μόνων· ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι.*

Ἱεροσολύμων γ΄ ἐπίσκοπος Ἰούδας ἔτη ζ΄.

V. 275
C ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφπζ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη πζ΄.

Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς καὶ Εὐφράτης φιλόσοφοι ἤκμαζον.

5. καὶ υἱῶν m. 6. ὡς] οὓς m. 7. ὄντας m. 10. ἐννεακ— m. 17. et 653, 2. σαρκώσεως om. A. 18. Εὐφράτης] *Ephrates* Eusebius p. 379. *Euphrates* p. 382.

ANNI MUNDI 5587.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 87.

Ex Hegesippo de iis, qui ex genere David et salvatoris ab haereticis apud Domitianum delati sunt.

Erant adhuc inter vivos ex domini familia, ex Iudae nimirum eius secundum carnem fratris filiis, quorum nomen tanquam ex David stirpe ortorum ad Domitianum detulerunt. Iucatus quidam accusator praecipuus extitit. Timebat enim Domitianus ad Herodis instar domini adventum. De possessionibus autem quas haberent, aut quarum facultatum se dominos scriberent, interrogavit; respondit uterque: denariorum duntaxat novem millibus bona sua aestimari, media nimirum parte alterutri adscripta. Haec autem non numerato, sed iugerum terrae 39 pretio possidere; ex quibus vectigalia penderent, ipsique manibus propriis victum sibi quaeritarent.

Hierosolymorum episcopus 3 Iudas annis 7.

ANNI MUNDI 5587.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 87.

Apollonius Tyanaeus et Euphrates philosophi vigebant.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφπη′.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη πη′.

Δομετιανοῦ αἱ τιμαὶ καθῃρέθησαν ὑπὸ τῆς συγκλήτου. καὶ οἱ ἀδίκως ἀπελασθέντες ἐπανῆλθον. ἔνιοι δὲ καὶ ἀπέλαβον τὰς οὐσίας.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου ἐπισκόπου Λουγδόνου ἐκ β′ λόγου D τοῦ πρὸς τὰς αἱρέσεις.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ θεολόγου.

Καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι μαρτυροῦσιν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες παραδεδωκέναι τὸν Ἰωάννην. παρέμεινε γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων. τούτοις ἀκόλουθα καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ „Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος" γράφει· μετὰ τὴν Δομετιανοῦ τοῦ τυράννου τελευτὴν ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς Πάτμου τὸν P. 346 *Ἰωάννην τὸν θεολόγον, ἐπισκόπους τε παρακληθέντας τοῖς πλησιοχώροις ἔθνεσι κατέστησε· τισὶ δὲ καὶ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσαι. ἐν οἷς καὶ περὶ τὴν τοῦ νεανίσκου προστίθησιν εὔχρηστον ἱστορίαν τοῖς ἐκ πολλῶν ἁμαρτημάτων μεταμελομένοις συμβαλλομένην, ὅπως αὐτὸν ἐπισκόπῳ τινὶ τῶν παρὰ τὴν Ἀσίαν παρέθετο, διαμαρτυράμενος αὐτῷ περὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας. κἀκεῖνος βα-*

4. ἔνιοι ἀπέλαβον καὶ τὰς G. 10. συμβεβηκότες G. 18. μεταμελλομένοις A. μεταμελουμένοις G. 20. διαμαρτυρούμενος G.

ANNI MUNDI 5588.

Divinae Incarnationis an. 88.

Honores Domitiano a senatu delati abrogantur, revocantur pariter ab exsilio iniuria relegati; quorum nonnulli receptis etiam bonis potiti sunt.

Ex sancti Irenaei Lugdunensis episcopi libro adversus haereses secundo.

De sancto Ioanne theologo.

Seniores quique per Asiam Ioanni domini discipulo aetate pares traditiones ecclesiae eum reliquisse testantur. Ad eorum siquidem tempus et ad Traiani imperium superfuit salvus. His consona Clemens Alexandrinus opere inscripto, „quis dives salvatur" profert. Ioannem videlicet theologum amoto e vivis Domitiano tyranno ex insula Patmo reversum episcopos vicinis provinciis expetitos concessisse et nonnullis etiam ecclesias plures commendasse, quibus ex vita peccatis infecta primo resipiscentibus perutilem de quodam adolescente attexit historiam. Ut eo nimirum episcopi cuiusdam manibus commisso, episcopum salutis eius curam agere Ioannes obtestatus est. Hunc licet Christi lavacro lustratum divinique verbi praeceptis eruditum sibi ipsi vivere permisit. Eum iuvenes aetate pares frau-

πτίσας αὐτὸν καὶ στοιχειώσας τῷ θείῳ λόγῳ εἴασεν· ὃν ἠλικιῶταί τινες ἀπατήσαντες λήσταρχον διὰ ῥώμην σώματος προεστήσαντο. τοῦτον ὁ θεολόγος ἀπαιτήσας παρὰ τοῦ ἐπισκόπου B μετά τινα χρόνον, ὡς Χριστοῦ παραθήκην, κἀκείνου διαποροῦντος, εἶτα διδαχθέντος περὶ τοῦ νεανίσκου τὴν ζήτησιν ἀπαιτεῖσθαι, καὶ οὐ περὶ χρημάτων στενάξας ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος ἔφη τεθνάναι θεῷ καὶ ἀρχιληστὴν ἀποφῆναι. ὁ δὲ ἀπόστολος αὐτοῦ καταγνοὺς τῆς περὶ τὸν νεανίσκον ἀμελείας, ἔφιππος δι' ἑαυτοῦ καταλαβὼν τὸ ληστήριον καὶ τὸν νεανίαν φεύγοντα καταδιώξας εὐχαῖς καὶ δάκρυσιν ἐν γήρᾳ βαθυτάτῳ καταλαμβάνει, λόγοις τε χρηστοῖς καὶ πρὸς μετάνοιαν ἄγουσι καὶ ἐλπίδα ζωῆς φωταγωγήσας, οἰμωγαῖς καὶ δάκρυσι, μεθ' ἑαυτοῦ ἐπανήγαγε, τὴν διὰ C μετανοίας τε σωτηρίαν καὶ ἄφεσιν χαρισάμενος καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιστήσας· ὡς πάντας μέγα παράδειγμα καὶ τρόπαιον ἀναστάσεως καὶ παλιγγενεσίας γνώρισμα τὴν μετάνοιαν διδαχθῆναι ἐν αὐτῷ.

Ῥωμαίων βασιλεὺς ι' Νερούας ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφπθ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη πθ'.

Νερούας πρᾴως καὶ σοφῶς βασιλεύσας νόσῳ τελευτᾷ ἐν κήποις Σαλοστιανοῖς.

2. κατεστήσαντο G. 3. παρὰ] ἀπὸ G. 4. διαπορρούντος A. 7. ἀρχιληστὴν P. ἀρχιληστῇ G. 10. Vulgo γήρει.

dibus irretitum, quod viribus et animo praestaret, praedonum ducem effecerunt. Hunc evoluto temporis quodam spatio, ceu Christi depositum sibi reddi theologus expetiit. Haesitat primum episcopus; mox non repetundarum pecuniarum, sed adolescentis non redditi reum se agi expertus, ex imo pectore suspirans, fatetur iuvenem deo mortuum, et praedonum ducem factum. Obiurgata episcopi circa iuvenis custodiam incuria, apostolus eques, nullo duce usus, ad praedonum agmen delatus, fugientemque iuvenem infirmo conatu insequutus, precibus et lacrymis remoratur, verborumque blanditiis, et quae ad poenitentiam et vitae renovandae spem faces adderent, nec non planctibus emollitum secum reduxit; et salute peccatorumque remissione per poenitentiam donata, restituit ecclesiae; ex quo exemplum non vulgare et resurrectionis tropaeum et vitae per poenitentium reparandae argumentum cuncti collegerunt.

Romanorum Imperator 10 Nerva regnavit anno unico.

ANNI MUNDI 5589.

Divinae Incarnationis an. 89.

Nerva temperate prudenterque imperans morbo correptus in hortis Salustianis moritur.

Ἐπὶ τούτου φησὶν ὁ Φιλόστρατος Ἀπολλώνιον τελευτῆσαι D τὸν Τυανέα καταγηράσαντα, καὶ τὰ περὶ τῆς τελευτῆς τῷ Νέρβᾳ V. 276 κατασημᾶναι καὶ γράμμασιν οἰκείοις.

Ῥωμαίων ια' ἐβασίλευσε Τραϊανὸς ἔτη ιθ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εφϟ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ϟ'.

Ἰοῦστος Τιβερεὺς Ἰουδαῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο.

Τερτυλλιανὸς ἱστορεῖ Πλίνιον Σεκοῦνδον ἡγούμενον ἐπαρχίας πλήθη Χριστιανῶν κατακρῖναι θανάτῳ. περὶ ὧν ἀπορῶν τί πρά- P. 347 ξοι κοινοῦται Τραϊανῷ, μηδὲν ἄξιον θανάτου πράττειν αὐτούς, πλὴν τοῦ μὴ θύειν εἰδώλοις, καὶ ὅτι Χριστὸν ὡς θεὸν ἕωθεν ὑμνοῦσιν ἀνιστάμενοι, ἀπεχόμενοι πάντων κακῶν. πρὸς ὃν ἀντέγραψε Τραϊανός, μὴ ἐκζητεῖσθαι Χριστιανούς.

Τραϊανὸς δὲ Δάκας καὶ Σκύθας ὑποτάξας κατ' αὐτῶν ἐθριάμβευσεν, ἐπαρχίαν ποιήσας τὴν Δακίαν.

Ἐν Ῥώμῃ ἐνεπρήσθη ἡ χρυσῆ οἰκία.

Ἀσίας δ' πόλεις κατεπτώθησαν, Ἐλαία, Μύρινα, Πυτάνη καὶ Κύμη, Ἑλλάδος δὲ Ὀπουντία καὶ Ὦριτος.

Τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρη. B

4. ιθ'] θ' A. 8. Πλίνιον m. Λήνιον G. Vide Eusebium p. 380. ἐπαρχείας A. 17. Μυρῖνα vulgo. Πυτάνη m. Κατάνη G. Pitanen Eusebius p. 380.

Eo regnante Apollonium Tyaneum decrepita aetate diem extremum obiisse, obitumque Nervae propriis litteris praenunciasse refert Philostratus.

Romanorum Imperator 11 Traianus annis 19.

ANNI MUNDI 5590.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 90.

Iustus Tiberiensis Iudaeus scriptor agnoscebatur.

Plinium Secundum provinciae cuiusdam praefectum Christianorum multitudinem immensam morte damnasse Tertullianus scribit; de quibus quid ageret, dubius litteris ad Traianum refert, nullius alterius criminis eos reos agi, nisi quod idolis sacra facere detrectantes, antelucanis hymnis Christum velut deum colerent et ab omni sceleris specie sibi temperarent. Ad quem, Christianos ad mortem non inquirendos Traianus rescripsit.

Traianus Dacis et Scythis devictis, Daciaque in provinciam redacta, de ipsis triumphum egit.

Domus aurea Romae conflagravit.

Urbes quatuor Elaea, Myrina, Pytana et Cumae terrae motu in Asia corruerunt.

In Graecia pariter Opuntia et Oritus.

Pantheum fulmine insigniter laesum.

Γαλατίας γ' πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν.
Ῥώμης ἐπίσκοπος ϛ' Ἀλέξανδρος ἔτη ιβ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφϟε'.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἥρων ἔτη κ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφϟϛ'.

Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος β' ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐπὶ Τραϊανοῦ τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ κατεστέφθη μαρτυρίῳ.
Ἀλεξανδρείας δ' ἐπίσκοπος Κέρδων ἔτη ι'.
C Οὗτος ἐπὶ Τραϊανοῦ ἐμαρτύρησεν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν διωγμῷ.
Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γ' Ἰοῦστος ἔτη ϛ'.
Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος τέταρτος Ζακχεῖος ἔτη δ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφϟζ'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ϟζ'.

Ἰωάννην τὸν θεολόγον καὶ ἀπόστολον Εἰρηναῖος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ· μεθ' ὃν Παππίας Ἱεραπολίτης καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος D ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο.
Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος πέμπτος Τωβίας ἔτη δ'.

1. γαλατείας A. 4. „In Barb. et Perez. Hero sequitur Ignatium: prout legitimus ordo requirit." m. 8. Sequebantur κόσμου ἔτη ͵εφϟζ', quae delevit m. 12. ͵εφϟζ' P et Barber. ͵εφϟϛ' G. 13. ϟζ' P. ϟϛ' G.

Galatiae civitates tres terrae motu dirutae.
Romae episcopus 6 Alexander annis 12.

ANNI MUNDI 5595.

Antiochiae episcopus 3 Hero annis 20.

ANNI MUNDI 5596.

Deifer Ignatius Antiochiae episcopus sectundus Traiani principis tempore pro Christo martyrii coronam accepit.
Alexandriae episcopus 4 Cerdo annis 10.
Hic persecutione sub Traiano mota martyrio mortem oppetiit.
Hierosolymorum episcopus 3 Iustus annis 6.
Hierosolymorum episcopus 4 Zacchaeus annis 4.

ANNI MUNDI 5597.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 97.

Ioannem theologum et apostolum usque ad Traiani tempora superstitem Irenaeus et alii conscribunt; quibus etiam Pappias Hierapolites et Polycarpus Smyrnae episcopus eius auditores celebrabantur.
Hierosolymorum episcopus 5 Tobias annis 4.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εχ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ρ΄.

Τὰ ὑπόλοιπα Ῥωμαίων.

Τραϊανὸς ια΄ ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ΄.

Ἰουδαῖοι κατὰ Λιβύην καὶ Κυρήνην καὶ Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ Θηβαΐδα πολεμήσαντες πρὸς τοὺς συνοικοῦντας Ἕλληνας διεφθάρησαν. V. 277 P. 348

Ἀντιόχεια κατεπτώθη παρόντος Τραϊανοῦ.

Τραϊανὸς Λυσίᾳ Κύντῳ τῆς Μεσοποταμίας ἐξᾶραι τοὺς στασιάσαντας ἐκέλευσεν. ὃ δὲ πολλὰς μυριάδας Ἰουδαίων ἀνελὼν ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦτο καθίσταται.

Τοὺς ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου Ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες τὴν πόλιν κατέσκαψαν.

Τραϊανὸν ἡ σύγκλητος θεὸν ἐψηφίσατο.

Τραϊανὸς νόσῳ τελευτᾷ κατ' Εὐσέβιον ἐν Σελινοῦντι, κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας δυσεντερίᾳ.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἕβδομος γέγονε Ξύστος ἔτη θ΄. B

Ἀλεξανδρείας ε΄ ἐπίσκοπος Πρῖμος ἔτη ιβ΄.

Ἱεροσολύμων ἕκτος ἐπίσκοπος Βενιαμὶν ἔτη β΄.

4. ιθ΄ om. A. 8. τοῦ Τραϊανοῦ G. 10. Ἰουδαίων μυριάδας G. 12. Τὴν Σαλαμίνην, ἤτοι Κωνσταντίαν λέγει τῆς Κύπρου, ἐν ᾧ καιρῷ, ὡς οἶμαι, καὶ Βαρνάβαν τὸν ἀπόστολον οἱ Ἰουδαῖοι ἀνεῖλον margo A. 18. ε΄ addidit m.

ANNI MUNDI 5600.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 100.

Romanarum rerum reliquae.

Traianus Imperator 11 annis 19.

Iudaei circa Libyam, Cyrenem, Aegyptum, Alexandriam et Thebaidem motis in locorum illorum Graecos incolas armis profligati.

Antiochia Traiano in ea morante motu terrae concidit.

Quinto Lysiae Mesopotamiae duci tumultuantes Traianus delere praecepit. Ille Iudaeorum non paucis millibus exstinctis Iudaeam regendam in facinoris praemium accepit.

Iudaei Graecis Salaminae Cypri occisis urbem vastaverunt.

Traianum in deorum numerum senatus retulit.

Traianus dysenteriae labe percussus, Seleunte, si Eusebio, sin aliis fides detur, Seleuciae Isauriae moritur.

Romanorum episcopus 7 factus est Xystus annis 9.

Alexandriae episcopus 5 Primus annis 12.

Hierosolymorum episcopus 6 Beniamin annis 2.

Ἱεροσολύμων ἕβδομος ἐπίσκοπος Ἰωάννης ἔτη β'.
Ἱεροσολύμων η' ἐπίσκοπος Ματθίας ἔτη β'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,ϛχθ'.

C Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ρθ'.

Ῥωμαίων ιβ' ἐβασίλευσεν Ἀδριανὸς Αἴλιος ἔτη κα'.

Κοδρᾶτος ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν, ὧδέ πως ἱστορῶν, ἐν οἷς ἔφη· τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν. ἀληθῆ γὰρ ἦν, οἱ θεραπευθέντες καὶ οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες, οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνου τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος ἦσαν ἐπὶ χρόνῳ ἱκανῷ· ὥστε καὶ εἰς τοὺς D ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο. τούτῳ καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀκόλουθα τῷ αὐτοκράτορι προσεφώνησεν Ἀδριανῷ, ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη κτείνειν γράψαντος Χριστιανοὺς ἀκρίτως ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων, γράφει Μινουκίῳ Φουνδανῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας.

2. ματθίας P et Barber. Ματθαῖος G. 9. καὶ οἱ θερ— m. 10. μόνον P. μόνοι G. οἱ θερ. καὶ οἱ ἀνιστ. G. 13. τούτῳ m. τοῦτο G. 16. σερενίου P. Σερνίου G. Sereno Eusebius p. 383. γράψαντος P. γραψάμενος G. 18. Φουνδανῷ Scaliger p. 81. Vulgo Φουνάνῳ. ad Armoicum Puntium Eusebius.

Hierosolymorum episcopus 7 Ioannes annis 2.
Hierosol. episc. 8 Matthaeus annis 2.

ANNI MUNDI 5609.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 109.

Romanorum Imperator 12 Aelius Adrianus annis 12.

Οὗτος ἐξ Ἰταλίας εἰς Πάρθους ἐλθὼν καὶ Σαπώρην τὸν Ἀρταξέρξου υἱὸν Περσῶν βασιλέα πολεμήσας ἐτρέψατο καὶ Νίσιβιν καὶ Κάρας ἀρθείσας ὑπὸ Περσῶν ἐπὶ Μαξιμίνου τοῦ Μυσοῦ Ῥωμαίοις ὑπέταξεν. ἀλλὰ πρὸς Κτησιφῶντα γενόμενος ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν ὑπάρχου Φιλίππου γνώμῃ τοῦ P. 362 *μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος ἔτη ε΄, κατὰ δὲ τοὺς πολλοὺς ἔτη ζ΄.*

Ῥώμης ἐπίσκοπος εἰκοστὸς Φλαβιανὸς μάρτυς ἔτη ιγ΄.

Ἀντιοχείας ιβ΄ ἐπίσκοπος Βαβυλᾶς μάρτυς ἔτη ιγ΄.

Ἀλεξανδρείας ιγ΄ ἐπίσκοπος Ἡρακλᾶς ἔτη ις΄.

Ἱεροσολύμων λς΄ ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος μάρτυς ἔτη ιε΄.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εψλζ΄. B

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σλζ΄.

Ῥωμαίων εἰκοστὸς τρίτος ἐβασίλευσε Φίλιππος ἔτη ζ΄.

Πλωτῖνος φιλόσοφος τῆς Πλατωνικῆς διατριβῆς καθηγούμενος.

1. *Ἀλεξάνδρου*] *Ἀλεξανδρείας* Maius ad Eusebium p. 390. 12. *Φαβιανὸς* m. 15. *λς΄* om. A. 19. Vulgo *Πλουτῖνος*.

Origenes vane sapiens Caesaream Palaestinae, vocante Alexandro, profectus est.

ANNI MUNDI 5731.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 231.

Romanorum Imperator 22 Gordianus annis 6.

Hic expeditione in Parthos ex Italia suscepta, Artaxerxis filium Saporem Persarum regem armis collatis in fugam vertit; Nisibin et Caras Maximino Myso imperante a Persis captas iterum Romanis subiecit; belloque tandem in Ctesiphontem verso, Philippi praefecti, qui postmodum annis 5, vel iuxta nonnullos 7, imperavit, consiliis, a propriis militibus occisus est.

Romae episcopus 20 Fabianus martyr annis 13.

Antiochiae episcopus 12 Babylas martyr annis 13.

Alexandriae episcopus 13 Heraclas annis 16.

Hierosolymorum episcopus 36 Alexander martyr annis 15.

ANNI MUNDI 5737.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 237.

Romanorum Imperator 23 Philippus annis 7.

Plotinus philosophus Platonicorum dogmatum antesignanus.

Τούτου Πορφύριος ἠκροάσατο.

Θεόπομπος φιλόσοφος ἐν Χαιρωνείᾳ ἤκμαζε.

Νικάτωρ ὁ σοφιστὴς Ἀθήνησιν ἤκμαζε.

Φίλιππος τοσοῦτον προσετέθη τῇ πίστει Χριστοῦ, ὡς καὶ τὰ ἡμαρτημένα προθύμως ἐξαγορεῦσαι καὶ τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας C *εὐχῶν κοινωνῆσαι τῷ πλήθει τῇ νυκτὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα. ἔνθεν τε πλέον παρρησιασθῆναι τὸν θεῖον λόγον.*

Τότε καὶ Ὠριγένης ὁ ἄθλιος ἑξηκοστὸν ἄγων ἔτος διαλέξεις ἐποιεῖτο τῷ πλήθει ταχυγράφοις ἐκλαμβανομένας. ἐπέστελλε δὲ καὶ Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ Σευήρᾳ τῇ τούτου γυναικὶ βασιλίδι.

Τότε κατὰ τὴν Ἀραβίαν τινὲς ἐδογμάτιζον ἀσεβῶς συνδιαφθείρεσθαι τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα κατὰ τὴν τελευτὴν καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει πάλιν συναναβιώσασθαι· σύνοδός τε κατ' αὐτῶν συνεκροτήθη μεγάλη.

Ἔτι τε ἡ λεγομένη αἵρεσις τῶν Ἑλκεσαϊτῶν συνέστη, ἥτις πολλά τινα τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀθετεῖ· τέλεον δὲ τῶν D *θείων ἀποστόλων ῥητοῖς τισι χρωμένη παροδικῶς ἐκ παλαιᾶς καὶ νέας. τὸ δὲ ἀρνεῖσθαι ἀδιάφορόν φησιν, ὅτι ὁ μὲν νοήσας τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνήσεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί. φέρουσιν* V. 289 *αὐτοὶ καὶ βίβλον ἐξ οὐρανοῦ μυθεύοντες πεπτωκέναι, ἧς ὁ ἀκηκοὼς ἄφεσιν λήψεται πταισμάτων ἄλλην παρ' ἣν ὁ κύριος ἡμῶν ἐχαρίσατο ἡμῖν, τερατευόμενοι.*

10. *Σευήρᾳ τῇ* Scaliger p. 84. *Σευηρίτῃ* G. 16. *δὲ καὶ τῶν* G. 18. *νοήσας*] *ἀρνήσας* G. 19. *φέρουσι καὶ αὐτοὶ βίβλον* G.

Porphyrius eius auditor.

Theopompus philosophus Chaeroneae florebat.

Nicator sophista Athenis celebris.

Philippus adeo Christianae fidei addictus, ut sponte delicta publice confiteretur et paschalis festi pervigilio ecclesiasticarum precum cum fideli plebe consortium sumeret; ex quo divinum verbum magis ac magis divulgatum.

Eo tempore infelix Origenes annum agens sexagesimum dissertationes a notariis exceptas coram populo habebat; ad ipsum vero Imperatorem, Philippum et ad Severam eius coniugem litteras dedit.

Eadem tempestate animam mortis hora una simul cum corpore interire et in resurrectione utrumque reparari per Arabiam quidam impie censuerunt; qua de causa celebris in eos synodus coacta est.

Emersit etiam Elcesaitarum haeresis dicta, loca divinarum scripturarum quam plurima respuens, aliis licet nonnullis divinorum apostolorum sententiis ex vetere novoque testamento per transennam et strictim utatur. Fidei negationem nullo discrimine reputat; voce quippe duntaxat, non ita corde negat, qui necessitate ad id impellitur. Librum insuper, cuius audita lectione, aliam quam Christus peccatorum indulgentiam largitus fuerit, remissionem dari, de caelo decidisse fabulose comminiscuntur.

Φίλιππος οὖν κρατήσας Ῥωμαίων ἔτη ζ′ μετὰ τὴν εἰς Σαπώρην τὸν Περσῶν βασιλέα σπονδὴν ἀναζεύγνυσιν ἐν Ῥώμῃ. καὶ πολεμεῖ πρὸς Δέκιον αὐτοκράτορα παρὰ τῶν στρατευμάτων ἀναρρηθέντα, ἡνίκα καὶ ἀναιρεῖται.

Δέκιος δὲ τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος δύο ἔτη, διὰ τὸ πρὸς P. 363 *Φίλιππον ἔχθος, πικρὸν ἤγειρε κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν, ἐν ᾧ Φαβιανὸς ἐπὶ τῆς Ῥώμης ὁ ταύτης ἐπίσκοπος τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον, Βαβυλᾶς τε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῶν, καὶ Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρος ἱερὸς τὸ δεύτερον παραστὰς ἡγεμονικοῖς βήμασιν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς τελευτᾷ.*

Τότε καὶ Κυπριανὸς διαπρέπων ἔργοις καὶ λόγοις θεοσεβείας, ὁ μέγας Καρθαγένης ἐπίσκοπος, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ τελειοῦται.

Ἀντιοχείας ιβ′ ἐπίσκοπος Βαβυλᾶς μάρτυς ἔτη ιγ′. B
Ἀλεξανδρείας ιγ′ ἐπίσκοπος Ἡρακλᾶς ἔτη ις′.
Ἱεροσολύμων λς′ ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, ὁ καὶ μάρτυς, ἔτη ιε′.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ,εψμδ′.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σμδ′.

Ῥωμαίων εἰκοστὸς τέταρτος ἐβασίλευσε Δέκιος ἔτη β′.
Ῥώμης ἐπίσκοπος κα′ Κορνήλιος ἔτη γ′.
Ἀντιοχείας τρισκαιδέκατος ἐπίσκοπος Φλαβιανὸς ἔτη θ′. C

1. *ἀπώρην* A. 8. *ἐπισκοπῶν*] *ἐπίσκοπος* G. 16. *ὁ καὶ μάρτυς*] *ὃς ἐμαρτύρησεν* G. 20. *κα′* addidit m.

Philippus porro Romanorum imperio annis 7 potitus, pace cum Persarum rege Sapore inita, Romam regreditur; manusque cum Decio ab exercitibus Imperatore salutato conserit, a quo victus leto traditur.

Decius Philippi memoriae, imperio suscepto, infensus acerbam in Christianos persecutionem annis duobus excitavit; in qua Fabianus Romanae ecclesiae praesul martyrii corona redimitus est, nec non Babylas Antiochiae episcopus et sacer Hierosolymorum antistes Alexander iudicum tribunalibus pro fide secundo adstans, in carcere diem ultimum obit.

Eo tempore Cyprianus religiosis operibus et doctrina praestans, magnus Carthaginis pontifex, pro Christi nomine martyrio consummatur.

Antiochiae episcopus 12 Babylas martyr annis 13.
Alexandriae episcopus 13 Heraclas annis 16.
Hierosolymorum episcopus 36 Alexander, qui martyrium subiit, annis 15.

ANNI MUNDI 5744.

Divinae Incarnationis an. 244.

Romanorum Imperator 24 Decius annis 2.
Romae episcopus 21 Cornelius annis 3.
Antiochiae episcopus 13 Flavianus annis 9.

Ἀλεξανδρείας τεσσαρεσκαιδέκατος ἐπίσκοπος Διονύσιος ἔτη ιζʹ.

Ἱεροσολύμων τριακοστὸς ἕβδομος ἐπίσκοπος Μαζαβάνης ἔτη καʹ.

Δεκίου Φίλιππον ἀνελόντος ἅμα τοῖς παισὶ καὶ τὸν κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν ἐξάψαντος οἱ τῶν ἐπισήμων ἐκκλησιῶν τῆς οἰκουμένης, ὡς προεσήμανται, ἱεράρχαι τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ κατεστέφθησαν, Φαβιανὸς μὲν τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, Βαβυλᾶς δὲ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων ἱερώ- D τατος Ἀλέξανδρος δὶς παραστὰς τυραννικοῖς βήμασι καὶ τελευτήσας ἐν τῇ φρουρᾷ μετὰ πεπαρρησιασμένην καὶ ἀξιόθεον ὁμολογίαν. ἐπὶ τούτοις καὶ Κυπριανὸς ὁ μέγας Καρθαγένης ἐπίσκοπος πλείστοις ἱεροῖς λόγοις καὶ ἐπιστάλμασιν ὑπαλείψας πολλοὺς ἐν τῷ αὐτῷ κατὰ Δέκιον διωγμῷ καὶ μάρτυρας προθύμως πείσας γενέσθαι τῷ ὑπὲρ τοῦ κυρίου μαρτυρίῳ τελειοῦται, πολλὰ τῷ ἀρχεκάκῳ δράκοντι ἀντιπαλαίσας, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν συγγραφὴ δηλοῖ, τῆς κατὰ Ἰουστῖναν τὴν ἁγίαν καλλιπάρθενον δαιμονιώδους προσβολῆς δηλοῦσα τὸ ἀδρανὲς καὶ τῆς αὐτοῦ πρὸς θεὸν προφανοῦς ἐξαγορεύσεως τὸ ἀνυπόκριτον. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων P. 364 τελειωθέντων ὑπὲρ Χριστοῦ ἐν τῷ αὐτῷ διωγμῷ, ὧν τὰ ὀνόματα μόνος ὁ μαρτυρηθεὶς ὑπ' αὐτῶν κύριος οἶδεν, Ὠριγένης αὐχῶν ἐπὶ λόγοις σεσοφισμένοις καὶ μύθοις Ἑλληνικοῖς ἀπελείφθη τοῦ V. 290 τηλικούτου στεφάνου, οὐδὲν διὰ θείας χρηστότητος, ἀλλὰ δι'

7. φαβιανὸς P. Φλαβιανὸς G. 21. Ἑλληνικοῖς μύθοις G. τοῦ] καὶ G.

Alexandriae episcopus 14 Dionysius annis 17.
Hierosolymorum episcopus 37 Mazabanes annis 21.

Philippo una cum liberis a Decio sublato, accensis adversus Christianos persecutionis flammis, nobilissimarum orbis ecclesiarum pontifices, ut superius indicavimus, pro Christo martyrii laurea decorati sunt; Fabianus sanctissimae Romanae ecclesiae, Babylas Antiochenae, Hierosolymitanae Alexander tyrannorum tribunalibus secundo adstans, et libera deoque digna confessione praestita, in carcere vitam finivit. Ad hos accessit Cyprianus magnus Carthaginis episcopus, qui plures sacris verbis epistolarumque hortamentis quasi ad palaestram unctos, martyriumque subire persuasos ad Christum sub eadem Decii tyrannide praemittens, ipse cum dracone malorum omnium auctore pugna inita, martyrio coronatur, prout acta de eo conscripta testantur, in quibus irritus daemonum adversus Iustinam sanctam ac formosam puellam impetus et Cypriani confessionis omnium oculis expositae sinceritas manifestatur. His autem et quam plurimis aliis, quorum is solus cuius fuere testes, dominus nomina novit, in eadem persecutione vario leti genere perfectis, Origenes orationum suarum fucata subtilitate et Graecanicarum fabularum gloriola elatus, non adeo divinae gratiae, quam propriae superbiae sibique soli credulae temeritatis infirmitate,

ὑπερήφανον καὶ αὐτοπεποίθητον γνώμην. ἀλλὰ ταῦτα Εὐσεβίῳ τῷ Καισαρεῖ οὐ δοκεῖ, ὃς μείζω πάντων ἁγίων καὶ διδασκάλων αὐτὸν ἀποδεῖξαι σπουδάζων ἐν ἕκτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ ἱστορίας λόγῳ ὁμοφρονῶν αὐτῷ, πολλοῖς ἐγκωμίοις αὐτὸν ἐνυβρίζει, μὴ εἰδὼς ἃ λέγει, ἢ περὶ ὧν διαβεβαιοῦται. πάνυ γὰρ B ὀλίγον περὶ τῶν κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἱερῶν καὶ μακαρίων πατέρων ἐπιμνησθεὶς, Κλήμεντος λεγομένου Στρωματέως, Ἱππολύτου τοῦ ἱερομάρτυρος, Ἀφρικανοῦ τοῦ ἱστορικοῦ, Διονυσίου τοῦ μεγάλου Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλων, μόνου τοῦ ματαιόφρονος Ὠριγένους τὴν ἐκ παιδὸς ἀναγωγὴν ἐκθειάζει μέχρι τῆς ἐν τῷ μαρτυρίῳ λειποτακτήσεως. Φαβιανοῦ τε γὰρ τοῦ λεχθέντος ἱερομάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Ῥώμης πέρι καὶ Βαβυλᾶ Ἀντιοχέως καὶ Ἀλεξάνδρου Ἱεροσολύμων ἐν ὀλίγοις διεξῆλθε τοῖς ῥήμασιν, C ἐπὶ δὲ τὸν ὁμόφρονα ἐλθὼν Ὠριγένην πλεῖστα προεγκωμιάσας τὸν θεοκατάρατον ὧδέ που προστίθησι φήσας· τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν ξυμβάντα οἷα καὶ ὅσα καὶ ὁποίας ἔτυχε τελευτῆς τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφάμιλλος τῷ ἀνδρὶ πανστρατιᾷ παραταξαμένου πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος, παρὰ πάντας τε τοὺς τηνικάδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ, οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν τοῦ Χριστοῦ

1. τῷ Εὐσεβίῳ τῷ G. 2. πάντων τῶν G. 7. λεγομένου] λέγω τοῦ? 9. μόνου] μόνον G. 11. φαβιανοῦ B. Φλαβιανοῦ G. 12. πέρι] Vulgo περὶ. καὶ βαβυλᾶ AP. τοῦ Βαβυλᾶ G. 15. φήσας] Histor. eccles. VI, 39. οὖν om. G. Vulgo Ὠριγένῃ. 16. ξυμβᾶν A. 17. ἐφαμίλλως G.

a simili laurea consequenda repulsus est; quamvis in contrariam sententiam abierit Eusebius Caesariensis, qui cum in sexto ecclesiasticae historiae sanctis omnibus doctoribusque praestantiorem eum demonstrare contendat, ceu consors eiusdem cum illo doctrinae, quid scribat, aut quorum se laudatorem exhibeat, ignarus, pluribus encomiis, ne dicam iniuriis, eum respergit. Perpaucis siquidem sanctorum beatorumque patrum temporibus illis fulgentium, Clementis, inquam, Stromatum auctoris, pontificis et martyris Hippolyti, Africani historici, Dionysii magni Alexandriae episcopi, et aliorum memoriam complexus, solius Origenis vanarum opinionum sectatoris, a pueritia ad eius usque in Christiano certamine defectionem, vivendi genus divinis laudibus prosequitur. Quin immo Fabiani martyris et pontificis Romani, Babylae Antiocheni, et Alexandri Hierosolymorum pontificum historia ieiune conscripta, converso ad Origenem orationis stilo, exosum hominem deo nullis laudum titulis non celebrandum ducit, his propemodum verbis usus. Iis quae Origeni in persecutione contigerunt, quae nimirum quantaque fuerint illa, quemve finem sit consequutus adversus malignum daemonem totius, ita dicam, exercitus viribus insurgentem, eumque fraudis ac violentiae modis omnibus impetentem, et longe maiori in eum quam in reliquos tunc temporis oppugnatos furore debacchantem colluctatus; quae et quanta pro Christi verbo vir strenuus

λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ καὶ βασάνους, τὰς κατὰ τοῦ σώ-
D ματος τάς τε ὑπὸ σιδήρων καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλα παραταθεὶς στίγματά τε καὶ πυρὸς ἀπειλὰς καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν, οἷόν τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔτυχε τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονείκως ἐνστάντος, ὁποίας τε μετὰ ταῦτα καταλιπὼν φωνάς, καὶ αὐτὰς πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις ὠφελείας, πλεῖσται ὅσαι τοῦ ἀνδρὸς ἐπιστολαὶ τἀληθὲς ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς περιέχουσαι. τούτοις Εὐσέβιος καὶ πλείστοις πρὸ τούτων ἄλλοις Ὠριγένους τοῦ δυσσεβοῦς ἐγκωμίοις χρησάμενος ἀμάρτυρον ἑαυτῷ καταλέλοιπε τὸ μαρτύριον καὶ τὸν δρόμον ἀτέλεστον·
P. 365 ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, φησὶν ὁ κύριος, σωθήσεται, οὐχ ὁ πολλὰ παθὼν καὶ λειποτακτήσας. ἐπάγει δὲ καὶ περὶ τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πρὸς Γερμανὸν αὐτοῦ ἐπιστολῆς τὴν χρῆσιν προθεὶς ὁ αὐτὸς Καισαρεὺς Εὐσέβιος, Ὠριγένει καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ὁμόφροσιν αὐτοῦ χαριζόμενος, ὡς ἂν μὴ μόνος φανῇ λειποτακτήσας, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἔχων ἐν τούτῳ συμμετόχους. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις Διονυσίου πως ὧδε·

Ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι, οὐδεμίαν ἐπ' ἐμαυτῷ βαλλόμενος, οὐδὲ ἀθεεὶ πεποίημαι τὴν φυγήν. ἀλλὰ καὶ πρότερον τοῦ κατὰ Δέκιον προτε-

5. οἷον] οἷα G. 9. πλεῖσται] Vulgo πλήρεις. Correctum ex Eusebio. 16. Vulgo Ὠριγένῃ. 18. μόνος] μόνον G. 19. δὲ καὶ ἡ G. 20. δὲ καὶ] καὶ om. G.

vincula, membrorum omnium tormenta, ferreis compedibus carcerisque angustiis poenas exhaustas, ut pluribus diebus ad lignea equulei quatuor ramos pedibus applicatus, verbera flammasque intentatas, aliave a fidei adversariis illata supplicia fortiter sustinuerit, quemve finem illa fuerint sortita, iudice ne virum tolleret e vita totis viribus totaque industria contendente, quasque ille coram eo voces, quasque deiectis animo vires ac robur contulerit, plurimae summa veritate diligentiaque a viro conscriptae manifestant epistolae. His et aliis pluribus encomiis in impium Origenem praemissis usus, sine teste eius pro fide testimonium, et non emensum eiusdem cursum praetermisit Eusebius. Qui enim perseveraverit usque in finem, inquit dominus, salvabitur, non ita is, qui plura passus defecerit. Ac supra quidem adductis beati Dionysii Alexandrini episcopi ex eius ad Germanum epistola Origeni similisque sententiae consortibus gratiam facturus Eusebius idem Caesariensis dictum adiungit, ne solus ille militiae Christianae desertor, sed et alios eiusdem sensus participes habuisse videatur. In hunc autem modum scriptum reliquit Dionysius.

Ego vero teste deo loquor, et ipse me nulla tenus mentiri novit. Nullam mihimet imputo, aut sine divino nutu suscepi fugam. Verum perse-

θέντος διωγμοῦ Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας Φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς B ἀναζήτησίν μου. κἀγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν μὲν τοῦ Φρουμενταρίου προσδοκῶν, ὁ δ' ἅπαντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν, τὰς ὁδούς, τοὺς ποταμούς, τοὺς ἀγρούς. ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. ἀορασίᾳ δὲ εἴχετο, μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν. οὐ γὰρ ἐπίστευον οἴκοι με διω- V. 291 κόμενον μένειν, καὶ μόλις μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν κελεύσαντός μοι μεταστῆναι τοῦ θεοῦ καὶ παραδόξως ὁδοποιήσαντος ἐγώ τε καὶ οἱ παῖδες καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἅμα συνεξήλθομεν. καὶ ὅτι τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας ἔργον ἐκεῖνο γέγονε τὰ ἑξῆς ἐδήλωσεν, C ἐν οἷς τάχα τισὶ γεγόναμεν χρήσιμοι. εἶτά τινα μεταξὺ εἰπὼν τὰ μετὰ τὴν φυγὴν αὐτῷ συμβεβηκότα δηλοῖ ταῦτα ἐπάγων· ἐγὼ μὲν γὰρ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἅμα τοῖς σὺν ἐμοὶ γενομένοις ὑπὸ τοῖς στρατιώταις εἰς Ταπόσιριν ἤχθην. ὅτι δὲ Τιμόθεος κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν ἔτυχε μὴ παρών, μηδὲ καταληφθείς· ἐλθὼν δὲ ὕστερον εὗρε τὸν οἶκον ἔρημον καὶ φρουροῦντας αὐτὸν ὑπηρέτας, ἡμᾶς δὲ ἐξηνδραποδισμένους. καὶ μεθ' ἕτερά φησι· καὶ τίς ὁ τῆς θαυμαστῆς αὐτοῦ οἰκονομίας τρόπος; τὰ γὰρ ἀληθῆ λεχθήσεται. ἀπηντᾶτό τις τῶν χωριτῶν ὑποφεύγοντι τῷ Τιμοθέῳ καὶ D τεταραγμένῳ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπείξεως ἐπύθετο. ὁ δὲ τἀληθὲς ἐξειπών, κἀκεῖνος ἀκούσας, ἀπῄει δ' εὐωχησόμενος γάμῳ, διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτῷ ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις ἔθος, εἰσελθὼν

3. ἅπαντι G. 5. ἢ βαδίζειν P. ἠδαφίζειν G. 12. ἐπάγει A. 13. γὰρ om. A. 15. καταλειφθεὶς A. 16. αὐτὸν] αὐτῷ G. 20. ἐπείξεως P cum Eusebio. ἐπιδείξεως G. 21. ἀπείη A. 22. εἰσελθὼν om. G.

verante a Decii iam temporibus exorta persecutione, Sabinus eo tempore Frumentarium me perquisiturum misit. Ego quidem quatuor dies adventum Frumentarii domi praestolatus mansi; ille vero loca circumcursans omnia, vias, fluvios, agros, quibus me recondi, vel incedere suspicabatur, pervestigabat; et non inventa domo mea, caecitate captum dixisses; non enim me perquisitum undequaque domi continere coniectabant. Quarto demum die, domino viae duce inopinato migrare iubente, ego et pueri, fratrumque plurimi commigravimus. Divinae vero providentiae hoc institutum fuisse sequentia, in quibus forsan nonnullis utiles fuimus, declaraverunt. Quibusdam deinde interpositis, quae post fugam contigerunt manifestat, verba subiungens huiusmodi. Ego quidem circa solis occubitum cum militibus viae comitibus Taposirim sum ductus. Timotheus autem absens, deo ita providente, non fuerat interceptus; domum autem profectus, desertam invenit et custodientes eam ministros, nos vero fuga salvatos. Ac quibusdam adiectis ait. Quis autem admirabilis adeo providentiae modus? Vera namque a nobis referentur. Incolarum non nemo fugienti Timotheo turbatumque animum praeferenti occurrit, celeriisque gressus causam rogat. Illo verum confesso, qui audierat nuptiis conviva futurus, discessit, (huiusmodi vero conventibus totam noctem convivio traducere

ἀπήγγειλε τοῖς κατακειμένοις ἐν τῷ γάμῳ. οἱ δὲ ὁρμῇ μιᾷ πάντες ἐξανέστησαν, καὶ δρόμῳ φερόμενοι τάχιστα ἧκον ἐπισπεύδοντες ἡμῖν, καὶ ἠλάλαξαν καὶ φυγῆς εὐθέως τῶν φρουρούντων ἡμᾶς στρατιωτῶν γενομένης ἐπέστησαν· ἡμῖν, ὡς εἴχομεν, ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων κατακείμενοι. κἀγὼ μὲν, οἶδεν ὁ θεὸς, ὡς λῃστὰς εἶναι πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἤμην ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι, τὴν
P. 366 δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὤρεγον. οἱ δὲ ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι. καὶ τότε συνεὶς ἐφ᾽ ᾧ παρῆσαν ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν, καὶ ἱκέτευον ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾶν. εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι, τοὺς ἀπάγοντάς με φθάσαι καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῖς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. καὶ τοιαῦτα βοῶντος ὡς ἴσασιν οἱ κοινωνοί μου καὶ μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίστασαν πρὸς βίαν. κἀγὼ παρῆκα ἑαυτὸν ὕπτιον πρὸς τοὔδαφος. οἱ δὲ διαλαβόντες χειρῶν τε καὶ ποδῶν σύροντες ἐξήγαγον. ἐπηκολούθουν δέ μοι οὗτοι τῶν πάντων μάρτυρες Γάϊος, Φαῦστος, Πέτρος, Παῦλος. οἱ δὲ ὑποβάλλοντές με
B φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον. οὕτω μὲν οὖν ἡ τοῦ μεγάλου τούτου πατρὸς περιέχουσα χρῆσις πάντη τῆς Ὠριγένους λειποταξίας διενήνοχεν.

Ὁ δ᾽ αὐτὸς, φησὶ, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μαρτυρησάντων ἐπὶ Δεκίου σοφώτατος Διονύσιος γράφει πρὸς τὸν Ἀντιο-

7. μένων A. μένω G. ἤμην] ἡμῶν G. 8. ἀνίστασθαι G. 9. τε om. G. 11. εἰ δὲ βούλονται ex Eusebio. Vulgo ἢ δὲ βούλωνται. 15. σύρροντες A. 19. πατρὸς A. χρῆσις P. χρήσεις G.

mos est), remque totam accumbentibus enunciat. Uno impetu exsurgunt cuncti et concito cursu ad nos delati venerunt eiulantes; ex quo custodientium nos militum fuga facta est; nobisque lecto stramentis nudato iacentibus inopinato adfuere. Ego quidem, novit quae dico deus, latrones ad direptionem et praedam adventasse ratus, praestolor in lecto, quo nudus iacebam, et solis lineis opertus, reliquas vero vestes secus positas manibus ipse praebebam. Illis exsilire me, fugamque capescere iubentibus, causa adventus percepta, exclamavi contestatus, ac quibus potui verbis discederent et me manere permitterent, precatus, aut si beneficio cumulatum vellent, ipsi abducturos me praevenirent ac caput tollerent, supplicavi. Haec, quae socii fortunaeque participes probe norunt, me vociferante, illi vim inferebant; ego pronum in terram corpus demisi. Illi manibus et pedibus prehensum eduxerunt; horum testes sequebantur Caius, Faustus, Petrus et Paulus; qui dato consilio manibus gestatum oppido eduxerunt nudoque ephippiis asino impositum, inde tulerunt. Et in hunc quidem modum magni patris illius testimonium et composita narratio, multo intervallo ab Origenis defectione discrepat.

Idem vero, inquit Eusebius, de iis qui sub Decio martyrii passionem Alexandriae sustinuerunt, ad Flavianum episcopum Antiochiae sapien-

χείας ἐπίσκοπον Φάβιον. οὐκ ἀπὸ τοῦ βασιλέως προστάγματος παρ᾽ ἡμῖν ὁ διωγμὸς ἤρξατο. ἀλλὰ γὰρ ὅλον ἐνιαυτὸν προὔλαβε. καὶ φθάσας ὁ κακῶν τῇ πόλει ταύτῃ μάντις καὶ ποιητής, ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε, καὶ παρώρμησε καθ᾽ ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν εἰς τὴν ἐπιχώριον αὐτοῦ δεισιδαιμονίαν ἀναρριπίσας. οἱ δὲ ἐρεθισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ πάσης ἐξουσίας εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμενοι, μόνην εὐσέβειαν τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων ταύτην C *ἐσέβοντο καθ᾽ ἡμῶν φονᾶν. πρῶτον μὲν οὖν πρεσβύτην Μητρανὸν ὀνόματι συναρπάσαντες καὶ κελεύσαντες ἄθεα λέγειν ῥήματα, μὴ πειθόμενον ξύλοις τε παίοντες τὸ σῶμα καὶ καλάμοις ὀξέσιν εἰς τὸ προαστεῖον κατελιθοβόλησαν· εἶτα πιστὴν γυναῖκα Κόηντα καλουμένην ἐπὶ τὸ εἰδωλεῖον ἀπαγαγόντες ἠνάγκαζον προσκυνεῖν, ἀποστρεφομένην τε καὶ βδελυττομένην ἐκδήσαντες τῶν ποδῶν διὰ πάσης τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τραχέος λιθοστρώτου σύραντες,* V. 292 *προσαρασσομένην τοῖς μυλιαίοις λίθοις ἅμα καὶ μαστιγοῦντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγαγόντες κατέλευσαν τόπον. εἶθ᾽ ὁμοθυμαδὸν ὥρμησαν ἐπὶ τὰς τῶν θεοσόφων οἰκίας, καὶ οὓς ἐγνώριζον ἕκαστοι* D *γειτνιῶντας ἐπισπεύδοντες ἦγαγον, ἐσύλων τε καὶ διήρπαζον τὰ μὲν τιμώτερα τῶν κειμηλίων νοσφιζόμενοι, τὰ δ᾽ εὐτελέστερα καὶ ὅσα ξύλων ἐπεποίητο διαρρήσσοντες καὶ κατακαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἑαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαμα. ἐξέκλιναν δὲ καὶ ὑπανεχώρουν οἱ ἀδελφοί, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν*

8. *κακῶν* P. *κανὼν* G. 8. *φονᾶν* Eusebius cap. 41. *φρονᾶν* A. *φρονεῖν* G. 9. *ἀρπάσαντες* G. 11. *Κοῖνταν* apud Eusebium. 13. *βδελυττομένην* P. *βδελυττομίας* G. 18. *διήρπαζον*] *ἥρπαζον* G.

tissimus Dionysius scribit. Quae fuit apud nos persecutio, ex Imperatoris mandato non sumpsit initium; praevenerat illa tempus eius anno integro, malorumque praenuncius et auctor quisquis ille fuerit, praecurrens, eam in hac urbe movit, et familiarem patriamque superstitionem propagaturus gentilium turbas in nos concitavit. Illi ab eo stimulati, facta sacrilegi facinoris potestate, superstitionem daemonum velut summam religionem colebant, quae adversus nos sentiret. Primum igitur senem quendam Metranum nomine raptum et impia verba proferre iussum, nec obsequentem, fustibus et acutis calamis in facie vulneratum, oculis effossis eductum in suburbana lapidibus obruerunt. Fidelem deinde mulierem (Quintam vocabant) ad idoli fanum ductam adorare cogebant; scelus autem aversam et detestatam, pedibus ligatis per totius civitatis asperiora loca lapidibus instratis aliisque molaribus illisam, simulque verberibus afflictam, in locum eundem deductam saxorum imbre trucidaverunt. Mox unanimi furoris motu ad religiosorum civium domos irrumpentes, eos quos norant vicinos ad tribunalia trahebant, depraedabantur pretiosiorem quamque supellectilem; viliore vero relicta et residuis quibusque ex ligno solum fabrefactis comminutis et per compita combustis, direptae ab hostibus civitatis miserandum exhibuere spectaculum. Suffugiebant itaque et secede-

ὑπαρχόντων ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ
χαρᾶς προσεδέξαντο. καὶ οὐκ ᾔδει τις πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐκ-
πεσὼν μέχρι γε τούτου τὸν κύριον ἠρνήσατο. ἀλλὰ καὶ τὴν θαυ-
P. 367 *μασιωτάτην ποτὲ παρθένον πρεσβῦτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες,*
τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντες κόπτοντες τὰς σιαγόνας ἐξήλασαν,
πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως ζῶσαν ἠπείλουν κατακαύσειν,
εἰ μὴ συμφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα· ἡ δ᾽
ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς
τὸ πῦρ καὶ καταπέφλεκται· Σαραπίωνά τε καταλαβόντες ἐφέστιον
σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαν-
τες ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέρραξαν. οὐδεμία δὲ ὁδὸς, οὐ
λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν, οὐ νυκτὸς, οὐ μεθ᾽
B *ἡμέραν, ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων· εἰ μὴ τὰ δύσ-*
φημά τις ἀνυμνεῖ ῥήματα, τοῦτον εὐθέως δεῖν σύρεσθαί τε καὶ
πίμπρασθαι· καὶ ταῦτα ἐπὶ πολὺ μὲν ἤκμασε τὸ πρῶτον. δια-
δεξαμένους δὲ τοὺς ἀθλίους ἡ στάσις καὶ πόλεμος ἐμφύλιος τὴν
καθ᾽ ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἔτρεψε. καὶ σμικρὸν
μὲν προσαπεπνεύσαμεν, ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λαβόν-
των· εὐθέως δὲ ἡ τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς ἐπιφανεστέρας ἡμῖν
μεταβολὴ διήγγελται, καὶ πολὺς ὁ τῆς ἐφ᾽ ἡμᾶς φόβος ἐπανέ-
τεινε τὸ κήρυγμα. καὶ παρῆν τὸ πρόσταγμα αὐτοσχέδιον εἰπεῖν,

3. τούτου τὸν ex Eusebio. Vulgo τοῦτον. 5. ἅπαντες] πάντας G. 6. νήσαντες] ἅψαντες P. 7. ἢ δή που παραιτησαμένη G. 8. συντόνως] συντόμως G. 9. τε] δὲ G. 18. ἀσχολίαν δὲ τοῦ G.

bant fratres, bonorumque direptionem, ad instar eorum quibus attestatur Paulus, cum gaudio sustinebant. Nec novi, nisi forsan ex millibus unum, qui fide lapsus hucusque dominum negaverit. His adde mirandam ea aetate virginem seniorem Apolloniam, cui cum dentes excussissent, maxillas etiam effregerunt, rogoque ante civitatem incenso, nisi blasphemis impietatis verbis assentiretur, vivam se combusturos minati sunt; at illa petita cogitandi mora, sibi relicta, celer in ignem insiliens flammis consumpta est. Serapionem quoque indigenam duris tormentis cruciatum, omnibusque membris confractum praecipitem e coenaculo detruserunt. Nulla vero via, nulla platea, nullus angiportus, noctu vel interdiu a nobis tuto poterat peragrari, cunctis omni tempore locoque clamore importuno insequentibus; nisi quis religiosis verbis fidem Christianam laceret, hunc confestim in iudicium trahi et igne consumi necesse est. Atque ista quidem sub initio violentius sunt grassata; quae tamen miseros excepere seditio et bellum intestinum exercitam prius in nos in proprios invicem auctores feritatem convertit. Hoc pacto respirandi tempus concessum est, ac incensus in nos furor recepit intervallum. Illucens tamen mitioris illius imperii facies subita mutatione nunciatur obtenebrata; frequensque repetitis minis timor incussus rei crebro nuncio divulgatae praebebat argumentum. Iamque ultro mandatum aderat, ipsum ita dicam a domino praedictum,

οἷον τὸ προρρηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ παρὰ βραχὺ τὸ φοβερώτατον, ὡς εἰ δυνατὸν σκανδαλισθῆναι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. πλὴν πάντες γε κατεπτήχεσαν. καὶ πολλοὶ μὲν εὐθέως τὴν περιφανεστέραν οἱ μὲν ἀπήντων δεδιότες, οἱ δὲ δημοσιεύοντες ὑπὸ τῶν πράξεων ἤγοντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτοῖς ἀφείλκοντο, ὀνομαστί τε καλούμενοι ταῖς ἀνάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄεσαν, οἱ μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ θύσοντες, ἀλλ' αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς εἰδώλοις ἐσόμενοι, ὡς ὑπὸ πολλῶν τοῦ περιεστῶτος δήμου χλεύην αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι καὶ ἄλλους μὲν εἶναι πρὸς πάντας δειλούς, ὑποτρέμοντας καὶ πρὸς τὸ τεθνάναι καὶ πρὸς τὸ θῦσαι· οἱ δέ τινες ἑτοιμότεροι τοῖς βωμοῖς προσέτρεχον, ἰσχυριζόμενοι τῇ θρασύτητι τὸ μηδὲ πρότερον γεγονέναι Χριστιανούς· περὶ ὧν ἡ τοῦ κυρίου πρόρρησις ἀληθεστάτη ὅτι δυσκόλως σωθήσονται. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν εἵποντο τούτοις ἑκατέροις, οἱ δὲ ἔφευγον, οἱ δὲ ἡλίσκοντο. καὶ τούτων οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν καὶ φυλακῆς χωρήσαντες, καί τινες πλείονας ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν ἐπὶ δικαστήριον ἐλθεῖν ἐξωμόσαντο· οἱ δὲ καὶ βασάνοις ἐπὶ πόσας ἐγκαρτερήσαντες, V. 293 πρὸς τὸ ἑξῆς ἀπείποντο· οἱ δὲ στερροὶ καὶ μακάριοι στύλοι τοῦ κυρίου κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν αὐτοῖς P. 368 πίστεως ἀνάλογον καὶ ἀξίαν δύναμιν καὶ καρτερίαν λαβόντες θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. ὧν πρῶτος

3. κατεπτήκεσαν G. 6. τε om. G. ἀνάγκαις καὶ ἀνιέραις G. προσίεσαν A. 20. αὐτοῦ] αὐτῷ G.

aut terrori incutiendo non omnino absimile, quo, si fieri potest, etiam electi scandalum paterentur. Omnes itaque stupore insolito percussi. Atque ex illis quidem qui dignitate caeteris praeibant, quidam solo metu ducti se offerebant ultro, aliis omnium oculis expositi propriis actibus arguebantur, nonnulli etiam a sibi coniunctioribus trahebantur, ac de nomine singuli vocati ad impura profanaque sacrificia accesserunt. Horum nonnulli pallidi trementesque, quasi non ipsi sacris operaturi, sed velut victimae forent idolis immolandi conspiciebantur; adeo ut a circumstante populo conviciis appeterentur, et imbelles vilesque argui sive mori sive immolare oporteret. Alii libentius procurrerunt ad aras, perfrictaque fronte Christianos se prius non fuisse asseverabant; in quibus vaticinii dominici veritas comprobatur; non nisi difficile salvandos. Ex reliquis hi quidem sequebantur memoratos utrosque, aliqui fugae se committebant, alii denique capti detinebantur; quorum certe nonnulli usque ad vincula carceresque processerunt, quidam etiam diuturniore custodia conclusi, priusquam ad tribunal raperentur, fidem eiuraverunt; alii tormentis etiam aliquandiu superatis, demum animo ac fide desponderunt; postremi denique velut firmae felicesque domini columnae ab eo roborati, animo viribusque constanti fortique fidei respondentibus assumptus, insignes ac conspicui regni eius martyres ac testes evaserunt. Eorum primus fuit Julia-

Ἰουλιανὸς ἄνθρωπος ποδαλγὸς, μὴ στῆναι μηδὲ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δύο τοῖς φέρουσιν αὐτὸν προσήχθη, ὧν ὁ μὲν ἕτερος εὐθὺς ἠρνήσατο, ὁ δὲ ἕτερος Κρονίων ὀνόματι, ἐπίκλην δὲ ὁ Νοῦς, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβύτερος Ἰουλιανὸς ὁμολογήσαντες τὸν κύριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης, ὡς ἴστε, καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος B ἀσβέστῳ πυρὶ κεχυμένου τοῦ δήμου παντὸς κατεκάησαν. στρατιώταις τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστὰς καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθεὶς ἐκβοησάντων ἐκείνων προαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁ πρόμαχος τοῦ θεοῦ Βησᾶς κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ, προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ γενομένης, πρὸς ἄρνησιν οὐχ ὑπαχθεὶς, ζῶν καταπέφλεκται. Ἐπίμαχός τε καὶ C Ἀλέξανδρος μετὰ πολὺν ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας, ξυστῆρας, μάστιγας, πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν, καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες, Ἀμμωναρία τε ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προσαποφηναμένην ὅτι μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύει φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπήχθη. αἱ δὲ λοιπαὶ σεμνοτάτη πρεσβῦτις Μερκουρία καὶ αἱ ὑπόλοιπαι

1. ποδαλγὸς] ποδαγρὸς G. 3. ἐπίκλην δὲ] δὲ om. G. 4. ὁ Νοῦς] ὁναὺς P. Εὔνους apud Eusebium. 10. κἀν] καὶ G. 12. λιβύης A. 15. ὃν] ὧν A. δεσμῶται] δεσμῶν G. 18. ἀμμοναρία hic et infra A.

nus, podagrae morbo correptus, qui neque stare neque incedere poterat; qui demum cum duobus aliis eum gestare solitis ad iudicem adducitur; quorum alter confestim negavit, secundus Cronion nomine, Benignus cognominatus, ac ipse senior Iulianus dominum confessi; per totam urbem amplam, ut scitis, camelis impositi, et in sublime elati verberibusque cruciati, tandem ingenti rogo incenso, circumfusa populi multitudine spectante consumuntur. Miles autem eos ad mortem rapientibus ex adverso resistens, martyrumque iniurias benigne ulcisci conatus, succlamantibus illis productus in arenam, generosissimus athleta defensorque fidei Besas, ingenti pro pietate certamine fortiter tolerato, capite truncatur. Alius quoque, genere quidem Afer, nomine vero ac simul felici omine Beatus Macar, plurimis quibus fuerat usus iudex illecebris ad fidem negandam nusquam abductus, vivus crematus est. Epimachus etiam et Alexander post longum in vinculis tempus innumerosque dolores toleratos, novaculas et verbera perpessi, ardentissimis flammis demum et ipsi perierunt. Adiectae sunt illis ad coronam mulieres quatuor et Ammonaria sancta virgo; quam cum adhibito studio iudex torqueret ceu professam nihil eorum quae iuberet eloquuturam, promissumque facti constantia adimpleret, ad supplicium abducitur. Inter reliquas autem honoratissima senior Mercuria et

μὲν οὐχ ὑπὲρ τὸν κύριον δὲ ἀγαπήσασαι τὰ τέκνα Διονυσία, κα-
ταιδεσθέντες εἰς ἀνήνυτον ἔτι βασανίζειν καὶ ὑπὸ γυναικὸς ἡττᾶ-
σθαι τοῦ ἡγεμόνος σιδήρῳ τεθνέασι μηκέτι πεῖραν λαβοῦσαι. τὰς
γὰρ ὑπὲρ πασῶν ἡ πρόμαχος Ἀμμωναρία ἀναδέδεικται. D

Ἔτι περὶ τῶν ἐν Χριστῷ τελειωθέντων κατὰ τὸν ἐπὶ Δεκίου διωγμὸν ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἐπιστολῆς.

Ἥρων δὲ καὶ Ἀστὴρ καὶ Ἰσίδωρος Αἰγύπτιοι καὶ σὺν αὐτοῖς
παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαετὴς Διόσκορος παρεδόθησαν. καὶ
πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾶν ὡς εὐπαράγωγον καὶ βα-
σάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρωμένου, οὔτε ἐπείσθη
οὔτε εἶξεν ὁ Διόσκορος. τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα ξήνας, ἐγκαρ-
τερήσαντας πυρὶ καὶ τούτους ἔδωκε. τότε Διόσκορον ἐλλαμπρυ- P. 369
νόμενόν τε δημοσίᾳ καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀπο-
κρινόμενον θαυμάσας παρῆκεν, ὑπὲρ ὧν ἦν φήσας εἰς μετά-
νοιαν αὐτὸν διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. καὶ νῦν θεοπρεπέστατος
σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρ-
κέστερον εἶναι τὸν ἄθλον. Νεμεσίων τις κἀκεῖνος Αἰγύπτιος ἐσυ-
κοφαντήθη μὲν ὡς δὴ σύνοικος λῃστῶν· ἀποδυσάμενος δὲ ταύ-
την παρὰ τῷ ἑκατοντάρχῃ τὴν ἀλλοτριωτάτην διαβολὴν καταμη-
νυθεὶς, ὡς Χριστιανὸς, ἧκε δεσμώτης ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. ὁ δὲ V. 294

1. τὸν om. G. 10. πειρώμενον G. 12. καὶ om. G. 18. σύνοικος] σύνοικον A.

multis liberis, quos tamen supra dominum non diligeret, inclyta Dionysia, pudore suffuso iudice, quod a feminis vinceretur, alia tormenta nusquam expertae ferro vitam finierunt; pro reliquis siquidem tanquam in aciei fronte tormentorum satis exceperat Ammonaria."

Ex eadem B. Dionysii epistola de iis, qui in Decii persecutione pro Christo mortem sustinuere.

Heron autem et Aster et Isidorus Aegyptii, et una cum illis adolescentulus annos 15 natus Dioscorus traditi sunt. Et primum adolescentulum, ceu qui facile suaderetur, illecebris trahere tormentisque iudicatum inferiorem, iudex conatus vi superare; neque suasum neque emollitum reperit Dioscorum. Reliquos exinde crudelissime dilaceratos, ut perseverantes conspexit, igni dedit absumendos. Tunc quoque Dioscorum ob notam publice animi generositatem et propter responsa singulis interrogatis reddita iudex miratus, liberum dimisit; affirmans se propter aetatis imbecillitatem resipiscentiae tempus velle tribuere. Nunc autem ea qua decet in deum pietate, nobiscum versatur Dioscorus et ad difficiliorem pugnam prolixiusque certamen sustinendum ex praeteriti memoria exercetur. Caeterum Nemesion quidam etiam Aegyptius falso velut latronum socius delatus est, quam calumniam coram centurione eum a se depulisset, velut sibi exosam et alienam, demum ceu Christianus apud praefectum

B ἀδικώτατος διπλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς βασάνοις τε καὶ μάστιξι λυμηνάμενος μεταξὺ τῶν λῃστῶν κατέφλεξε, τιμηθέντα τὸν μακάριον τῷ τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι. ἀθρόον δέ τι σύνταγμα στῖφος στρατιωτικὸν, Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἰγγένης καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου. κρινομένου δέ τινος ὡς Χριστιανοῦ καὶ πρὸς ἄρνησιν ῥέποντος ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες καὶ τοῖς προσώποις ἐνένευον καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν. ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης, πρίν τινας αὐτῶν ὅλως λαβέσθαι, φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέ-
C δραμον εἶναι Χριστιανοὶ λέγοντες, ὥστε τὸν ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐν φόβῳ γενέσθαι, καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους ἐφ' οἷς πείσονται φαίνεσθαι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾶν. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν καὶ ἠγαλλιάσαντο τῇ μαρτυρίᾳ, θριαμβεύοντος αὐτοὺς ἐνδόξως τοῦ θεοῦ.

Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ χώρας καὶ κώμας ὑπὸ τῶν ἐθνῶν διεσπάσθησαν, ὧν ἑνὸς παραδείγματος ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. Ἰσχυρίων ἐπετρόπευέ τινι τῶν ἀρχόντων. τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευσε θῦσαι, μὴ πειθόμενον δὲ ὑβρίζων, ἐμμένοντα προὐπηλάκιζε, βακτηρίαν μεγάλην λαβὼν διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώ-
D σας ἀπέκτεινε. τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι

4. στρατιωτικὸν] στρατιωτῶν G. 7. ἐπρίοντο ex Eusebio. Vulgo ἐπριῶντο. 11. ὥστε] ὡς ὅτι G. 12. γενέσθαι] κρίνεσθαι G. 14. ἐκ] ἀπὸ G.

vinctus accusatur. Iste, ceu qui nefarium scelus a se vellet editum, catenis duplo gravioribus, suppliciisque et verberibus, quam quae latronibus infligerentur, cruciatum; Christi tamen exemplo beatum honoratumque, medium inter duos latrones igni comburendum pronunciavit. Confestim porro quaedam militum turma Ammon, Zeno, Ptolemaeus et Ingenes et cum eis senior quidam Theophilus coram tribunali adstitit. Quodam igitur fidei Christianae nomine examinato, iamque ad Christum abnegandum proclivi, illi assistentes infremebant; animis, vultu innuebant, manibus elatis signa dabant, uno verbo totis corporibus ut animos adderent, distorquebantur. Omnium autem ad eos versis adspectibus, nullo eorum adhuc deprehenso, ad subsellia sponte accurrere, Christianos se esse sponte professi, adeo ut praefectus et assessores deinceps metu quasi iudicandi corripi, ipsi vero iudicati obiectis tormentis, pavidis tamen iudicibus audaciores facti viderentur. Ita tribunalibus in ipsis tropaea statuere, testimonioque reddito ovare, Christo summa cum gloria in eis triumphante, coeperunt.

Alii vero per urbes et vicos distrahebantur, quorum unius exempli memoria mihi est agenda. Ischyrion mercede conductus cuiusdam nobilis procuratorem agebat. Is qui conduxerat, iubet idola sacrificiis colere, iussa detrectantem conviciis incessit dominus et in instituto perseveranti sude acuta per ventrem et viscera adacta vitam eripit. Quid porro ne-

πλανηθέντων ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης καὶ κρύους καὶ λῃστῶν καὶ νόσων καὶ θηρίων διεφθαρμένων, ὧν οἱ περιγενόμενοι τῆς ἐκείνων εἰσὶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες; ἓν δὲ καὶ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς Νείλου καλουμένης πόλεως ἐπίσκοπος. οὗτος εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἐπανελήλυθεν, οὐδὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι, καίπερ πολλὰ διερευνησάμενοι, οἱ ἀδελφοὶ οὔτε αὐτοὺς οὔτε τὰ σώματα αὐτῶν. P. 370 πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ βαρβάρων Σαρακηνῶν οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πλείστοις χρήμασιν ἐλυτρώθησαν, οἱ δὲ μέχρι καὶ νῦν οὐδέπω. ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην, ἀδελφέ, ἀλλ' ἵνα ἴδῃς ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη, ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι πλεῖον ἂν εἴδοιεν. καὶ μετὰ βραχύ· αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ καὶ συνδικάζοντες αὐτῷ τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινας ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομένους προσελάβοντο, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν B ἰδόντες δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ καθόλου ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες προσεδέξαντο καὶ συνήγαγον καὶ προσευχῶν αὐτοῖς ἐκοινώνησαν καὶ ἑστιάσεως. τί οὖν ἡμῖν, ἀδελφοί, περὶ τούτων συμβουλεύετε; τί ἡμῖν πρακτέον; σύμψυχοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς

3. τούτων] τούτῳ G. 12. πλεῖον] πλείονα G. 20. καὶ συνήγαγον] καὶ om. G.

cesse est per solitudines et montes vagantium commemorare turbas, fame, siti, frigore, latronibus, morbis et feris confectas, quorum superstites selectae illorum cohortis eorundemque victoriae testes existunt; tamen unum vel aliud exemplum proferam quo virtus eorum manifesta fiat et perspecta. Chaeremon provecta iam aetate civitatis Nili nomine fuit episcopus. Hic cum coniugii consorte in Arabium montem arrepta fuga, nusquam reversus est, neque fratrum quisquam omni licet quaerendi posita diligentia, eos vel eórum corpora comperit. Permulti sane in Arabico monte a barbaris Saracenis in captivitatem ducti sunt, quorum quidam vix magno pretio redempti, alii etiam hucusque suis restitui non potuere. Haec non incassum a me sunt relata, frater, sed ut cognoscas quantae qualesve calamitates nos undique impetierint, quas qui magis fuerint experti, copiosius etiam noverint enarrare. Nec multis interiectis prosequitur. Divini martyres isti, Christi nunc assessores, illiusque regni participes et in iudicii consortium adsciti, fratres quondam lapsos et sacrorum criminibus obnoxios, dum adhuc inter nos versarentur, susceperunt; probataque eorum conversione et poenitentia, quam ei, qui non ita mortem peccatoris, quam emendationem morum exquirit, acceptam fore iudicantes, in ecclesiae sinum admiserunt, sacris allegerunt conventibus, suffragiis comitati sunt et precum et epularum communionem largiti. Quid igitur consilii de talibus datis, fratres? Quid facto est opus? Uno cum eis feremur

καταστῶμεν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν τῇ χάριτι φυλάξωμεν, καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν ἄδικον V. 295 ποιησώμεθα καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστή-C σωμεν καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν; σαφῶς διὰ τούτων ἐλέγχει τὴν Ναυάτου μισανθρωπίαν ὁ ἱερὸς Διονύσιος.

Ὃς Ναυᾶτος πρεσβύτερος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὢν κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους τῆς ἐπισκοπῆς ἀναξίως ὀρεγόμενος καὶ ἀποτυχὼν ἐν ἄλλοις τε ἀτοπήμασι κατεγνωσμένοις μάλιστα φιλαργυρίᾳ καὶ οἰήσει καὶ φιλαυτίᾳ, προφάσει δῆθεν τῶν ἐπιθυσάντων ἐπὶ τῷ κατὰ Δέκιον διωγμῷ, καὶ διὰ μετανοίας παραδεχθέντων εἰς κοινωνίαν τῇ ἐκκλησίᾳ, ταύτης ἀπέσχισεν ἀρχηγὸς καὶ αἱρεσιάρχης τῶν ἑαυτοὺς Καθαροὺς ὀνομαζόντων δι' ὑπερήφανον γνώμην ὀφθεὶς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξωσθεὶς τοῦ παραδείσου D τῆς ἐκκλησίας ψήφῳ πατέρων ἁγίων ἑξήκοντα συνελθόντων ἐν Ῥώμῃ.

Περὶ τῆς κατὰ Ναυάτου συνόδου γενομένης ὑπὸ Κορνηλίου ἐν Ῥώμῃ.

Συνοδικῶς ὅτι μετὰ πλείστων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, καὶ τοῦτον ἐκκηρυξάντων σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀπανθρώποις, τοὺς

2. ἢ τὴν — ποιησόμεθα ex P accesserunt. Correxi ποιησώμεθα ex Eusebio. 4. τὴν χρηστότητα] τὴν om. G. 8. τούτους δὲ] τούσδε G. 11. τῷ — διωγμῷ] τὸν — διωγμὸν G. 12. ἀπέσχισεν AP. ἀπέσχισαν G. 14. παραδείσσου A. 20. ἐκκηρυξάντων P. ἐκήρυξαν τῶν G.

animo et in unam ibimus sententiam? Annon eorum iudicium gratia nostra volemus confirmatum, et benigne ab eis iamdiu susceptis humanitatem exhibebimus? Aut certe irritam reddemus eorum sententiam, iudicium eorum censurae nostrae subiiciemus examinandum, tetrici illorum clementiae sedebimus censores et quem iam rebus afflictis apposuerunt ordinem, evertemus? Verbis istiusmodi Novati inhumanitatem luculenter satis arguit sacer Dionysius.

Novatus iste cum ea tempestate ecclesiae Romanae presbyter foret, summi episcopatus quo non est potitus, ambitione ferebatur. Pluribus autem criminibus avaritiae nimirum, aestimationis et amoris proprii obnoxius, eorum qui in Decii persecutione sacrificaverant et in ecclesiae communionem poenitentes fuerant recepti praetextu, ab ea se ipsum voluit rescissum, dux et signifer haereseos Puros sese iactantium elato supercilio constitutus et cum eis ex ecclesiae paradiso sanctorum 60 patrum Romam convenientium decreto expulsus est.

De synodo adversus Novatum sub Cornelio Romae congregata.

Magna presbyterorum et diaconorum frequentia cum inhumanis eiusdem sententiae sequacibus damnatus est Novatus; lapsi vero fratres acta

δὲ παραπεπτωκότας ἀδελφοὺς διὰ μετανοίας δεξαμένων. τῆς δὲ
τοιαύτης συνόδου Κορνήλιος ἐπίσκοπος Ῥώμης ἐξῆρχεν, ὃς καὶ P. 371
γράφει πρὸς Φάβιον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τὰ παραστάντα τῇ
συνόδῳ, καὶ πάλιν ἰδίως περὶ τῆς Ναυάτου κακοπραγίας λέγων·
ἵνα δὲ γνῷς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ θαυμάσιος
καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν,
ἐπικαλύμμασι τῆς αὐτοῦ ἐπινοίας τὸ καταρχὰς σὺν αὐτῷ τοὺς
ὁμολογοῦντας ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος
πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς δὶς τὴν ἐξομολογίας
δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι, Σιδώνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνήρ,
ὃς πάσας βασάνους διὰ τὸν τοῦ θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διε-
νεγκών, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρ- B
κὸς ἐπιρρώσας, κατὰ κράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι
δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν καὶ καταφωράσαντες τὴν
ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβουλίαν τάς τε ἐπιορκίας καὶ
τὰς ψευδολογίας καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν
ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν· καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνά-
σματα καὶ πονηρεύματα, ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ὑπεστέλλετο, παρόν-
των τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν
παμπόλλων, ἐξήγγειλαν, ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ'
οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει θηρίῳ πρὸς ὀλίγον χρό-
νον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν. καὶ μετ' ὀλίγα· ἀμήχανον C
ὅσην, ἀγαπητὲ ἀδελφέ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ

2. ὃς] ὡς G. 4. τῆς] τοῦ G. 23. καιρῷ om. G.

poenitentia ab ecclesia recepti. Huic autem synodo Cornelius Romanus episcopus praesedit, prout ipse Fabium Antiochenum episcopum a concilio absentem litteris monet et privatim rursus de damnatis Novati gestis in hunc modum disserit. Ut autem cognoscas hunc admirabilem virum iam olim ambivisse pontificatum et latenter in se ipso proclivem in honores cupiditatem caelasse atque ideo concepto animi proposito velamen daturum confessores socios sibi coniungere tentasse, verbis aperiam necesse est. Presbyter e nostris Maximus et Urbanus, praeclarae confessionis gloria secundo potiti, Sidoniusque et Celerinus, vir, qui dei clementia cruciatus omnes superavit, et carnis infirmitate multo fidei robore firmata, viriliter deiecit adversarium; tales, inquam, viri, detecto animi eius instituto, vafritieque in omnes partes sese vertente comperta, notis etiam periuriis, mendaciis, ab ecclesiastica communione mente aversa, ac feritate in eo plane lupina, ad ecclesiam reversi sunt; fallacesque eius artes ac versutias diutius ab eo tectas, praesentibus quam plurimis, has quidem episcopis, alias presbyteris adstantibus et laicis manifeste confessi, et cum animi dolore deflent a subdola malignaque fera suasos ac detentos se ad breve quantumlibet tempus ab ecclesiae consortio fuisse seiunctos. Et paucis interiectis. Vix dici potest, dilecte frater, quam varietatem et circa

ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοὺς γενομένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος καὶ
δι' ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστούμενος μηδ' ὅλως ἐπισκοπὴν ὀρέ-
γεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ
μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστὴς ὁ τῆς
ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς ὁπηνίκα παρασπάσασθαί
τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν
ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τὴν ἑαυτῶν σωτη-
ρίαν ἐπελέξατο, ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς
Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς ἀγροίκους καὶ
D ἁπλουστάτους πλαστῇ τινι ἐξαπατῆσαι ἐπιχειρήσει, διαβεβαιού-
V. 296 μενος καὶ δυσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς
Ῥώμην, ὡς δή τις πᾶσα διχοστασία γεγονυῖα σὺν καὶ ἑτέροις
ἐπισκόποις μεσιτευόντων διαλυθῇ· οὓς παραγενομένους, ἅτε δή,
ὡς ἔφθημεν λέγοντες, ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν
πονηρῶν μηχανίας καὶ ῥᾳδιουργίας συγκλεισθέντας ὑπό τινων
ὁμοίων αὐτῷ τεταραγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας
καὶ κραιπαλοῦντας μετὰ βίας ἠνάγκασαν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαιό-
τητι καὶ ματαίᾳ χειρῶν ἐπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι, ἣν
P. 372 ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ'
Valeriano et Gallieno imperantibus Scythae traiecto flumine Istro Thraciam rursum praedati Thessalonicam Illyriorum urbem obsederunt; nullo tamen virtutis edito specimine, eorum, qui tuebantur urbem, robore repulsi sunt. Graeci metu perculsi Thermopylas missa custodia tutati sunt, Athenienses murum a Syllae temporibus dirutum restauraverunt, Peloponnesii a mari ad mare Isthmum muro constructo muniverunt; Scythae vero spoliis onusti domos se receperunt.

His Imperatoribus Sapores Persarum rex Syria excursionibus vastata appulit Antiochiam, et ex omni Cappadocia praedas egit. Romano vero exercitu ad Edessam fame oppresso et tumultuante, Valerianus secundum certamen inire veritus, habitu mutato regis Persarum Saporis potestati se committit, reliquum etiam exercitum prodere pollicitus. Consilii istiusmodi

ταδιώκων ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σαπώρης τήν τε μεγάλην Ἀντιόχειαν αἵρει καὶ τὴν Κιλίκων Ταρσὸν καὶ τὴν Καππαδόκων Και-
P. 382 σάρειαν. τότε Πέρσαι διασπαρέντες ἀπὸ πλεονεξίας ἄλλοι ἀλλαχοῦ, καὶ τὴν πρὸς θάλασσαν Πομπηιούπολιν αἵρειν μέλλοντες, Λυκαονίαν τε πορθοῦντες, ἀναιροῦνται πλεῖστοι, Καλλίστου τούτοις ἐπελθόντος ἀδοκήτως ναυσὶ μετὰ δυνάμεως τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ, ὃν φυγόντες προεστήσαντο ἑαυτοῖς. οὗτος καὶ τὰς Σαπώρου παλλακίδας σὺν πολλῷ πλούτῳ λαβὼν εἰς Σεβαστὴν καὶ Κώρυκον μετέστη σὺν τῷ στόλῳ, ἔνθα τρισχιλίους Περσῶν ἀνεῖλε. τούτοις Σαπώρης περιαλγήσας μετὰ σπουδῆς ἀναστρέφει καὶ φόβου· καὶ Οὐαλεριανὸς μένει παρὰ Πέρσαις ἕως τέλους ζωῆς. Ὠδέναθος δὲ Παλμυρηνὸς ἀνὴρ στρατηγικὸς συμμαχῶν
B Ῥωμαίοις πολλοὺς διέφθειρε Περσῶν ἀναστρέφοντας κατὰ τὴν Εὐφρατησίαν ἐπιθέμενος χώραν, ὃς καὶ στρατηγὸς τῆς ἑῴας ὑπὸ Γαλιηνοῦ διὰ τοῦτο τετίμηται, διαφθείρας καί τινας τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ Ῥωμαίων κατὰ Φοινίκην. τότε πάλιν οἱ Σκύθαι καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως διὰ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ἐλθόντες εἰς Βιθυνίαν καὶ πᾶσαν Ἀσίαν καὶ Λυδίαν χωρήσαντες τήν τε Νικομήδειαν Βιθυνίας πόλιν μεγάλην ἔλαβον καὶ τὰς Ἰωνίδας πόλεις διέφθειραν, τὰς μὲν ἀτειχίστους, τὰς δὲ μερικῶς ὀχυρωθείσας καταλαβόντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φρυγίας ἥψαντο, Τροίαν πορθήσαντες, Καππαδοκίαν καὶ Γαλατίαν. ἀλλὰ πά-
C λιν Ὠδέναθος κατὰ Περσῶν ἀριστεύσας καὶ Κτησιφῶντα πολιορ-

16 αὐτῷ P. αὐτὸν G. 19. Post Νικο ex A excidit folium unum, quod pertinuit usque ad ,ϛφο' p. 385 d. 22. Τροίαν m. Τρώων G.

conscii Romani vix suorum nonnullis amissis effugere periculum; quos Sapores insequutus magnam Antiochiam, Tarsum Cilicum urbem et Caesaream Cappadociae in potestatem mittit. Persae alii praedandi cupidine dispersi Pompeiopolin ad mare sitam tollere meditati, Lycaonia vastata magna ex parte delentur, Callisto Romanorum duce a fugientibus instituto cum militaribus copiis in eos inopinato irruente. Hic Saporis pellicibus et exercitus apparatu copioso captis, ad Sebasten et Coricum classe reducta, Persarum tria millia prostravit; quibus Sapores tristatus festinans et trepidus revertitur, Valeriano ad vitae exitum penes Persas manente. Odenatus porro Palmyrenus vir bellicis rebus praestans Romanorum socius Persarum manum non exiguam redire tentantem ad Euphratesiam oppugnatam fudit; ex quo orientis dux a Gallieno creatus, Romanorum nonnullos in Phoenicia tumultuantes ad officium reduxit. Eodem tempore Scythae, quibus Gotthis patria voce nomen, Ponticum mare transfretantes in Bithyniam descenderunt, Asiamque omnem et Lydiam excurrentes Nicomediam Bithyniae urbem coeperunt, Ioniasque pariter civitates, has quidem moenibus nudatas, alias aliqua tenus munitas invaserunt; sed nec vastitate quaqua versus illata Phrygiam, Cappadociam et Galatiam reliquerunt. Verum Odenatus victoriis in Persas clarus post Ctesiphontem obsidione receptam, communi totius Asiae clade

κίᾳ παραστησάμενος, ἀκούσας τῆς Ἀσίας τὰς συμφορὰς σπουδαίως ἐπὶ τὴν Ποντικὴν Ἡράκλειαν ἔρχεται διὰ Καππαδοκίας σὺν ταῖς δυνάμεσί τισι Σκύθας καταληψόμενος αὐτόθι δολοφονεῖται ὑπό τινος Ὠδενάθου τοὔνομα καὶ αὐτοῦ. οἱ δὲ Σκύθαι πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν ἐπανῆλθον εἰς τὰ ἴδια διὰ τοῦ αὐτοῦ Πόντου, καὶ διαφθείρουσιν Ὠδέναθον τοῦ Ὠδενάθου φονευτὴν οἱ τούτου δορυφόροι, Ζηνοβίᾳ δὲ τῇ γαμετῇ αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἑῴας ἐγχειρίζουσι.

Τότε καὶ Αἴρουλοι πεντακοσίαις ναυσὶ διὰ τῆς Μαιωτίδος λίμνης ἐπὶ τὸν Πόντον διαπλεύσαντες τὸ Βυζάντιον καὶ Χρυσόπολιν κατέλαβον. ἔνθα συμβαλόντες μάχην καὶ μικρὸν ὑποτρέψαντες D πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Εὐξείνου Πόντου τὸ λεγόμενον ἱερὸν τῇ ἑξῆς αἰσίῳ καταπλεύσαντες πνεύματι τὸν πορθμίον Κυζίκου μὲν πρῶτον μεγίστης πόλεως Βιθυνίας προσάγουσιν, εἶτα καὶ τὰς νήσους Λῆμνον καὶ Σκῦρον δῃοῦσι. καὶ εἰς τὴν Ἀττικὴν φθάσαντες ἐμπιπρῶσι τὰς Ἀθήνας Κόρινθόν τε καὶ Σπάρτην καὶ τὸ Ἄργος καὶ τὴν ὅλην Ἀχαΐαν κατέδραμον ἕως Ἀθηναῖοι κατά τινας δυσχωρίας ἐνεδρεύσαντες αὐτοὺς πλείστους ἀνεῖλον, συνδραμόντος καὶ Γαλιηνοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ τρισχιλίους ἀνελόντες παρὰ τὸν Νέσσον. τότε Ναυλοβάτος ὁ τῶν Αἰρούλων ἡγούμενος Γαλιηνῷ τῷ βασιλεῖ δοὺς ἑαυτὸν ἔκδοτον ὑπατικῆς ἠξιώθη τιμῆς παρ' αὐτοῦ. Αὐρίολος δέ τις Ῥωμαίων στρατηγὸς Κελτικὸς P. 383 τὸν Γαλιηνὸν δολοφονεῖ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλιηνοῦ τῶν βασιλέων.

5. αὐτὸν m. αὐτῷ G. 15. Vulgo δηΐουσι. 18. Vulgo δυσχωρείας.

cognita, itinere per Cappadociam facto ad Ponticam Heracleam festinus evolat; iamque in Scythas ex improviso irrupturus a quodam, cui nomen etiam Odenatus, dolis occiditur. Scythae eius adventum haud exspectandum rati per Pontum proprios sibi lares repetunt. Odenatum alterius Odenati parricidam proprii satellites conficiunt et Zenobiae eius coniugi orientis imperium committunt.

Eodem tempore Aeruli quingentis navibus vecti, Maeotide palude traiecta, in Pontum feruntur et Byzantium Chrysopolinque occupant; ibi consertis manibus nonnihil retrocedere coacti ad fauces usque Ponti Euxini, Hieron vulgo nuncupatas, postero vero die prosperis venti flatibus ad Cyzici Bithyniae insignis civitatis fretum primum escendunt, Lemnum deinde et Scyrum insulas depopulantur; tum in Atticam facta irruptione, Atheuas, Corinthum, Spartam, Argos Achaiamque universam incendio et vastitate foedant; donec positis per loca difficiliora insidiis, auxiliisque a Gallieno missis, plurimos eorum Athenienses occiderunt et ad Nessum alios ter mille prostraverunt. Sub id tempus Naulobatus Aerulorum dux Gallieno Imperatori deditione facta consularis dignitatis honorem accepit. Aureolus autem Celta Romanorum dux Gallienum paratis insidiis interfecit. Et haec quidem de Valeriano et Gallieno Imperatoribus satis.

Ἄξιον δὲ καὶ Διονυσίου τοῦ μεγάλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας παραθέσθαι τὰς χρήσεις περὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων καὶ τοῦ κατ' αὐτοὺς διωγμοῦ καὶ τῆς οἰκείας ἐν Χριστῷ σπουδῆς καὶ ὁμολογίας.

V. 305 Διονυσίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πρὸς Ἑρμαμμῶνα ἐπιστολῆς.

B Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ ἀποκαλύπτεται διὰ τούτων. ἐδόθη γάρ αὐτῷ, φησὶ, στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλάσφημα· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ μῆνες τεσσαράκοντα δύο. ἀμφότερα δέ ἐστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσαι, καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ· ὡς οὕτως ἔσχε συννοεῖν, ὡς μὲν ἤπιος καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καὶ δεξιῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη. οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι ὡς ἐκεῖνοι. οἰκειότατα ἐξ ἀρχῆς καὶ προσφιλέστατα φανερῶς ἦν αὐτοὺς ὑποδεχόμενος καὶ πᾶς τε ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο καὶ ἦν ἐκκλησία θεοῦ. ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεισεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ
C τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ὁ ἀρχισυνάγωγος, τοὺς μὲν καθαροὺς καὶ ὁσίους ἄνδρας κτιννύναι κελεύων ὡς ἀντιπάλους καὶ κωλυτὰς τῶν παμμιάρων καὶ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας· καὶ γάρ εἰσι καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι καὶ μόνον

5. Ex Eusebii Histor. eccles. VII, 9. 7. Ἰωάννῃ] Apoc. I, 2. 11. „πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ θεοῦ. οὐδὲ γὰρ ἄλλος οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς καὶ δεξιῶς Barber." Goar. 18. Vulgo τιννῦναι.

Nunc quae de Imperatoribus iisdem et de mota sub eorum auspiciis persecutione, nec non de proprio suo in Christum studio et confessione Dionysius magnus Alexandriae antistes scriptis consignavit operae pretium est adiungere.

Ex Dionysii Alexandrini episcopi ad Hermammonem epistola.

Haec quidem Ioanni revelatione praecognita. Et datum est ei, inquit, os loquens magna et blasphemias. Et data est ei potestas et menses duo et quadraginta. Utraque haec circa Valerianum et quae tempore priores licet admirari; qua nimirum ratione praenoscere et clare penetrare potuerit, eum humano, miti et philosophicum omne moderamen redolente erga dei homines affectum fuisse animo, adeo ut neque ipsi, qui se Christianos publice professi sunt tam familiariter et amice a principio eos receperint; unde et eius domus religiosis viris referta ecclesiae dei speciem referebat. In deterius autem cuncta haec vertere nequitiae magister magorumque coetus per Aegyptum praeses suasit; adeo ut innoxios sanctosque viros, ceu scelestarum et exsecrandarum incantationum hostes et oppugnatores crudeliter mulctari iusserit, (sunt enim nunc, prout tunc quoque nonnulli eius virtutis fuere, ut praesentes et conspicui solummodo facti,

ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς· τελετάς τε ἀνάγνους καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποθέμενος παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττει, καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύει, καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖ, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ κατακόπτειν καὶ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων εὐδαιμονή- D σοντα.

Τούτοις ἐπιφέρεται λέγων· καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακρῖνος τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια. πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν καθ' ὅλου λόγον λεγόμενος εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον οὐδὲ καθολικὸν ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑποπέπτωκεν ἀρᾷ προφητικῇ τῇ λεγούσῃ· οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν. οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν, οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ ἐν πᾶσι. διὸ καὶ τῆς μὲν καθολικῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ γέγονε πολέμιος· ἠλ- P. 384 λοτρίωσε δὲ καὶ ἀπεξένωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ, καὶ ὡς πορρωτάτω ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐφυγάδευσεν, ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα.

Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερά φησιν· ὁ μὲν Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ θεοῦ προαχθεὶς εἰς ὕβρεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθείς, κατὰ τὸ ῥηθὲν πρὸς Ἡσαΐαν· καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· κἀγὼ ἐκ-

8. καλιερήτους vulgo. Correctum ex Eusebio. 16. ἐλέους ex Eusebio. Vulgo δὲ λέγει. 21. Ἡσαΐαν] LXVI, 4.

soloque flatu, vel verbo prolato, detestabilium daemonum insidias dissipent), eiusdemque deinceps hortatibus ritus impuros, profanas praestigias, exsecrandaque sacra obivit, misellos puerulos mactavit, infelicium parentum prolem aris devovit, recens natorum divisit exta, dei denique creaturas funibus distendere et dissecare, quasi fortunam sibi prosperam conciliaturus didicit.

Istis haec alia subinfert. Imperium itaque iuxta spem consequutus grates egregias Macrinus refert. Qui prius quidem quaestor, sive aerarii regii rationum curam gerens, nil quod officii rationem vel bonum publicum respiceret, sibi proposuit; quin immo prophetico maledicto obnoxius repertus est; vae iis qui prophetant ex corde suo; et nil omnino conspiciunt. Communem enim circa universa dei providentiam, vel eius, qui ante omnia et in omnibus est iudicium non percepit; nil mirum idcirco si totius ecclesiae hostem se communem exhibuerit, et a deo alienus, ab eius clementia dissitum omnino ostenderit et a salutis via longe positus proprii nominis veritatem comprobavit.

Aliis rursum sequentia subnectit. Valerianus dei placito in eam lapsus calamitatem iniuriis hominum et opprobriis, iuxta dei ad Esaiam effatum, expositus fuit. Illi vias suas elegerunt et abominationes quas eorum anima

λέξομαι τὰ ἐμπλέγματα αὐτῶν καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς. οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν παραμανεὶς καὶ τὸν βασίλειον ἀποδῦναι κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι τοὺς
B δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἁμαρτίας προεστήσατο. ἐναργὴς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόρρησις, ἣν εἶπεν ὁ θεὸς ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με. τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς θεὸν μῖσος ἐξεμόρξατο. καὶ περὶ μὲν τοῦ Οὐαλεριανοῦ, οὐ μὴν δὲ καὶ Μακρίνου ταῦτα ὁ μέγας λέγω Διονύσιος.

V. 306

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψξγʹ.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σξγʹ.

C Ῥώμης εἰκοστὸς ἕβδομος ἐβασίλευσε Κλαύδιος ἔτος ἕν.

Κλαύδιος κρατήσας ἔτος ἕν.

Πράττουσι δὲ καὶ ἐπὶ τούτου δυστυχῶς Αἴρουλοι πάλιν εἰσβαλόντες ναυτικὸν πλῆθος κατὰ διαφόρους τόπους τῆς Ῥωμαίων χώρας. καὶ ποτὲ μὲν ναυμαχίαις, ποτὲ δὲ καὶ χειμῶσι, ποτὲ δὲ καὶ λιμῷ πιεσθέντες, ὑφ' οὗ καὶ κατασχεθεὶς ὁ αὐτὸς Κλαύδιος τελευτᾷ τὸν βίον. μεθ' ὃν Κεντίλλιος κατέσχεν ὅλας ἡμέρας ιζʹ καὶ ἀπέθανε.

12. Addidi ἔτη. 16. ναυτικῷ πλείστῳ m. 17. καὶ ποτὲ] Vulgo καὶ τότε.

concupivit. Ego quoque illusiones eorum eligam; et crimina eorum eis retribuam. Ille igitur cum praeter meritum imperium assequutus, regias dignitatis symbola vitiato corpore nollet deponere, filios duos paternorum criminum haeredes reliquit. Dei quippe vaticinium poenas patribus debitas ad tertiam et ad quartam generationem laesa maiestate prorogantis manifestum est. Nefaria enim consilia, a quibus exsequendis excidit, in filiorum capita propriis criminibus expressis et insito in deum odio, refudit. Et haec quidem de Valeriano, nec non de Macrino magnus Dionysius testatur.

ANNI MUNDI 5763.

Divinae Incarnationis an. 263.

Romanorum Imperator 27 Claudius anno uno.

Anno unico Claudius imperavit.

Eo imperante Aeruli altera classe instructi per varia Romanae ditionis loca fortunam adversam experti sunt. Et nunc quidem praeliis navalibus attriti, nunc tempestatibus agitati, nonnunquam etiam fame oppressi perierunt.

Ea calamitate Claudius ipse percussus vita fungitur; cui Quintilianus solis diebus 17 suffectus tenuit imperium et mortuus est.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψξδʹ. D

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σξδʹ.

Ῥώμης κηʹ ἐβασίλευσεν Αὐρηλιανὸς ἔτη ϛʹ.

Αὐρηλιανὸς τοὺς Παλμυρηνοὺς ἐχειρώσατο καὶ Γαλλίαν ὑπέταξεν, ἐφ' οὗ φασι Φιλόστρατον τὸν Ἀθηναῖον ἱστοριογράφον καὶ Λογγῖνον ἀκμάσαι.

Τότε Ζηνοβία κατὰ Ῥωμαίων ἐπαίρεται, δύναμιν ἀθροίσασα πλείστην, καὶ Αἰγύπτου κρατεῖ, Πρόβον ἀνελοῦσα τὸν ἐκεῖ τότε στρατηγοῦντα Ῥωμαίων· ταύτην τὴν ἀκοὴν Αὐρηλιανὸς οὐκ ἐνεγκὼν ἔρχεται μετὰ στρατιᾶς καὶ πλησίον Ἀντιοχείας P. 385 τῆς κατὰ Συρίαν ἐν Ἰμμαις καλουμένῳ χωρίῳ, τοὺς μὲν Παλμυρηνοὺς διαφθείρει, Ζηνοβίαν δὲ χειρωσάμενος εἰς Ῥώμην ἤγαγε καὶ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενος πολλῇ συνάπτει ταύτην ἐνδόξως ἀνδρὶ τῶν ἐν γερουσίᾳ.

Κρατεῖ δὲ καὶ Γάλλων κινηθέντων τότε.

Ὁρμήσας δὲ καὶ ἐπὶ Σκύθας ὑπὸ τῆς ἰδίας στρατιᾶς ἀναιρεῖται στάσει περιπεσὼν μεταξὺ Βυζαντίου καὶ Ἡρακλείας ἐν τῷ καινῷ λεγομένῳ φρουρίῳ τῶν Θρᾳκῶν, μέλλων τινὰ κατὰ Χριστιανῶν κινεῖν διωγμόν.

Ὁ δ' αὐτὸς καὶ Ἡλίου ναὸν ἐν Ῥώμῃ κατεσκεύασε χρυσῷ καὶ λίθοις ἀξιάγαστον.

Τὴν Τραϊανοῦ δὲ Δακίαν βαρβάροις ἀφεὶς ἄνδρας καὶ γυ- B

2. Addidi ἔτη. 3. κηʹ Barber. εἰκοστὸς ἔβδομος G. 7. Vulgo ἀθροίσας.

ANNI MUNDI 5764.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 264.

Romanorum Imperator 29 Aurelianus annis 6.

Aurelianus Palmyrenos subiugavit et Galliam sibi subiecit; cuius etiam tempore Philostratum Atheniensem historiarum scriptorem et Longinum floruisse narrant.

Sub id quoque tempus Zenobia collecto ingenti exercitu in Romanos insurgit, et perempto Romanorum duce Probo, Aegyptum sibi vindicat. Auditam cladem non ferens Aurelianus, educto exercitu in eam proficiscitur, et ad Antiochiam Syriae, loco cui nomen Immae, Palmyrenos profligat, Zenobiam bello captam Romam adducit; clementiaque plurima in eam usus senatorii ordinis viro honorato coniugio eandem locat.

Gallos eo tempore motos armis Aurelianus obtinet.

Profectione quoque in Scythas suscepta, ab exercitu proprio in ipsum tumultuante interficitur, loco cuius praesidium novum nomen est, Byzantium inter et Heracleam, cum persecutionem in Christianos movere meditaretur.

Idem solis templum auro lapidibusque ornatum Romae construxit.

Dacia porro Traiani nomine barbaris relicta, viros ac mulieres sinum

ναΐκας εἰς τὸ μεσαίτατον τῆς Μυσίας στήσας ἑκατέρωθεν, Δακίαν δὲ μέσην νομίζεσθαι.

Περσῶν πέμπτος Οὐραράκης ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ'.

Ῥώμης κϛ' Διονύσιος ἐπίσκοπος ἔτη η'.

Ἀντιοχείας ἑκκαιδέκατος ἐπίσκοπος Δόμνος ἔτη γ'.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ιζ' Κύριλλος ἔτη ιε'.

C Ἀλεξανδρείας πεντεκαιδέκατος ἐπίσκοπος Μάξιμος ἔτη η'.

Ἱεροσολύμων τριακοστὸς ἕβδομος Μαζαβάνης ἔτη κα'.

V. 307 ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψξε'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σξε'.

Ῥωμαίων κθ' βασιλεὺς Αὐρηλιανὸς ὁ προγεγραμμένος ἔτη ϛ'.

Τῷ ϛ' αὐτοῦ ἔτει Αὐρηλιανὸς μέλλων διωγμὸν κινεῖν κατὰ Χριστιανῶν θείῳ κεραυνῷ διακωλύεται. συσκευῆς δὲ γενομένης D περὶ αὐτοῦ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν ἐδολοφονήθη ἐν καινῷ φρουρίῳ.

Μεθ' ὃν βασιλεύει Τάκητος μῆνας ϛ'.

Οὗ σφαγέντος ἐν Πόντῳ βασιλεὺς Φλωριανὸς ἡμέρας κη'.

Οὗ σφαγέντος ἐν Ταρσῷ βασιλεύει Πρόβος ἔτη ϛ', μῆνας δ'.

Ὁμοῦ γίνονται ἔτη ζ'.

6. ιζ' addidit m. 15. μῆνας P cum Eusebio p. 393. Vulgo ἔτη. 16. Φλωριανὸς Eusebius p. 393. Vulgo Φιλοριανός. 18. γίνονται m. γινόμεναι G.

Mysiae medium iussit incolere, Mysis nimirum eos hinc inde ambientibus, spatioque medio recenti dictione Dacia vocato.

Persarum rex 5 Uraraces regnavit annis 17.

Romae episcopus 26 Dionysius annis 8.

Antiochiae episcopus 16 Domnus annis 3.

Antiochiae episcopus 17 Cyrillus annis 15.

Alexandriae episcopus 15 Maximus annis 8.

Hierosolymorum episcopus 37 Mazabanes annis 21.

ANNI MUNDI 5765.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 265.

Romanorum Imperator 29 Aurelianus supra memoratus annis 6.

Anno imperii sexto Aurelianus in Christianos persecutionem moturus fulmine caelitus misso cohibetur; insidiis deinde domesticorum ad praesidium novum occiditur.

Post eum Tacitus mensibus 6 imperat.

Tacito in Ponto occiso Florianus Imperator constituitur diebus 88.

Eo Tarsi interfecto regnat Probus annis 6, mensibus 4.

Summa est annorum 7.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψο'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σο'.

Τῷ τρίτῳ ἔτει Πρόβου Ἀνατόλιος ὁ Λαοδικείας ἐπίσκοπος P. 386 φιλοσόφοις μαθήμασι διαπρέπων ἐγνωρίζετο.

Τῷ δ' ἔτει Πρόβου ἡ τῶν μανέντων Μανιχαίων πανώλεθρος ἀπώλεια τῷ τῶν ἀνθρώπων παρεισήχθη βίῳ.

Τῷ ς' ἔτει Πρόβου Σατορνῖνος στρατοπεδάρχης τὴν καινὴν Ἀντιόχειαν ἤρξατο κτίζειν, ὃς ὕστερον ἐπαναστὰς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐσφάγη ἐν Ἀπαμείᾳ ὑπὸ τῶν ἰδίων. Πρόβος ἐσφάγη ἐν Σιρμείῳ.

Ῥωμαίων βασιλεὺς λβ' Κᾶρος σὺν τοῖς παισὶ Καρίνῳ καὶ Νουμεριανῷ ἔτη β'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψοε'. B

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σοε'.

Τῷ πρώτῳ ἔτει Καρίνου ἐλθόντος Νουμεριανοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ θελήσαντος εἰσελθεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ κατασκοπῆσαι τὰ τῶν Χριστιανῶν μυστήρια, ὁ ἅγιος Βαβυλᾶς ἐκώλυσεν αὐτὸν λέγων· οὐκ ἔξεστί σοι ἰδεῖν τὰ τῶν Χριστιανῶν μυστήρια μεμολυσμένῳ ὄντι ἐκ τῶν εἰδωλικῶν θυσιῶν. καὶ ἀγανακτήσας Νουμεριανὸς ἐφόνευσεν αὐτόν.

2. ἔτη addidi. 5. Τῷ δὲ δ' G. 7. Σατουρνῖνος G. 9. ὑπὸ — ἐσφάγη addidi ex P. 10. σιρμείῳ P. Σαρμίῳ G. 11. βασιλεῖς A. λβ'] λδ' m. 13 et 14. ͵εψοζ' et σοζ' m.

ANNI MUNDI 5770.

Divinae Incarnationis an. 270.

Anno Probi tertio Anatolius Laodiceae episcopus philosophicis disciplinis illustris agnoscebatur.

Anno vero Probi eiusdem quarto insanientium Manichaeorum noxia pernicies in hominum notitiam invecta est.

Anno Probi sexto Saturninus magister exercitus novam Antiochiam condere adorsus est; qui demum imperium occupare molitus, Apameae necatus est.

Probus Sirmii occiditur.

Romanorum Imperator 34 Carus cum filiis Carino et Numeriano annis 2.

ANNI MUNDI 5777.

Divinae Incarnationis an. 277.

Anno Carini primo, Numeriano Antiochiam profecto, ecclesiamque, ut Christianorum sacra perspiceret, ingredi volenti sanctus Babylas obstitit, dicens: tibi idolorum victimis contaminato Christianorum mysteria non licet intueri; ex quo indignatus Numerianus eum occidit.

Ῥωμαίων κζ' ἐπίσκοπος Φῆλιξ ἔτη ε'.

C Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ Φήλικα γέγονεν Εὐτυχιανὸς μῆνας η'.

Μεθ' ὃν Γάϊος κθ' ἐπίσκοπος ἔτη ιε'.

Ἀντιοχείας ιζ' ἐπίσκοπος Κύριλλος ἔτη ιε'.

Ἀλεξανδρείας πεντεκαιδέκατος Μάξιμος ἔτη ιη'.

Ἀλεξανδρείας ἑκκαιδέκατος ἐπίσκοπος Θεωνᾶς ἔτη ιη'.

Ἱεροσολύμων τριακοστὸς ὄγδοος ἐπίσκοπος Ὑμέναιος ἔτη ιβ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εψοϛ'.

D V. 308 Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη σοϛ'.

Τὰ ὑπόλοιπα τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως Κάρου.

Τῷ β' αὐτοῦ ἔτει Κᾶρος ἀνὴρ Γαλάτης ἀνδρεῖος ὑπάρχων ἐχειρώσατο Σαρμάτας ἐπαναστάντας. πολεμήσας δὲ καὶ Πέρσαις παρέλαβε Κτησιφῶντα, ὃς παρὰ τῷ ποταμῷ Τίγριδι διαστρατοπεδευόμενος κεραυνοῦ κατασκήψαντος ἀθρόως ἅμα τῇ σκηνῇ διαφθείρεται.

Μεθ' ὃν ὁ Νουμεριανὸς υἱὸς αὐτοῦ βασιλεύει λ' μόνας ἡμέρας. ἐπανιὼν γὰρ ἐκ Περσῶν καὶ ὀφθαλμιάσας ὑπὸ τοῦ ἰδίου πενθεροῦ φονεύεται, τὴν μὲν προσηγορίαν Ἄπερος, ἐξάρχου δὲ

1. Φῆλιξ m. Φίλιξ G. 2. Vulgo Φίλικα. 4. κθ' m. κη' G. ἔτη m. ἐν ἔτει G. 5. ιδ'} ιζ' m. ἐπίσκοπος om. G. 6. πεντεκαιδέκατος] ἐπίσκοπος add. G. 7. ιη'] ιθ' A. 8. ὑμέναιος P. Τμενος G. 9 et 10. ͵εφογ' et σογ' m. 12. Τῷ αὐτῷ ἔτει G. 13. δὲ καὶ] δὲ om. G.

Romae episcopus 27 Felix annis 5.
Romanorum ecclesiae post Felicem pontifex fuit Eutychianus mensibus 8.
Post quem Caius episcopus 29 annis 15.
Antiochiae episcopus 17 Cyrillus annis 15.
Alexandriae episcopus 15 Maximus annis 18.
Alexandriae episcopus 16 Theonas annis 18.
Hierosolymorum episcopus 38 Hymenaeus annis 12.

ANNI MUNDI 5778.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 278.

Cari Romanorum Imperatoris reliqua gesta.

Eodem anno Carus in Gallia natus virtute praestans Sarmatas rebelles edomuit; belloque in Persas moto Ctesiphontem recepit, et ad Tigrim fluvium castra metatus, subito fulminis ictu in tentorio exstinguitur.

Post eum Numerianus filius solis diebus triginta imperat. E Persis quippe reversus oculorum morbo laborans, a proprio socero, erat ei nomen

κατὰ τὸ στρατόπεδον ὄντος καὶ βασιλεῦσαι σπουδάσαντος, πλὴν P. 887 ἀλλὰ τῆς ἐλπίδος ἀποτυχόντος, ἡ στρατεία γὰρ πᾶσα Διοκλητιανὸν ἀνηγόρευσε βασιλέα συστρατευσάμενον τῷ Κάρῳ, τότε καὶ πολλὴν ἀνδρείαν ἐπιδειξάμενον, Δαλμάτην τὸ γένος, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς μετέχοντα ἐν ὑπατείαις ἠξιωμένον. ἦν δὲ τότε κατὰ τὴν Ῥώμην Καρῖνος ὁ Κάρου παῖς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκεῖ καταλειφθείς, ἡνίκα ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε, χαλεπὸς τοῖς Ῥωμαίοις φανείς. Διοκλητιανὸς δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν τὸν μὲν ὕπαρχον Ἄπρα τὸν τοῦ Νουμεριανοῦ σφαγέα παραχρῆμα φονεύει, τὸν δὲ Καρῖνον ἀδίκως τῇ ἀρχῇ χρώμενον ἀναζεύξας εἰς Ῥώμην ἀναιρεῖ. καὶ ἄριστος κατὰ πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν φα- B νεὶς τοῖς Ῥωμαίοις ἐβασίλευσεν κ' χρόνους.

Ῥώμης ἐπίσκοπος κη' Γάϊος ἔτη ιε'.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ιθ' Κύριλλος ἔτη ιε'.

Ἀλεξανδρείας ις' ἐπίσκοπος Θεωνᾶς ἔτη ιθ'.

Ἱεροσολύμων λη' ἐπίσκοπος Ὑμέναιος ἔτη δώδεκα.

Ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγγραφῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου C περὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατῶν καὶ τῆς κακίας αὐτοῦ.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Δημητριανοῦ κατὰ Ἀντιόχειαν τὸν βίον μεταλλάξαντος τὴν ἐπισκοπὴν Παῦλος ὁ Σαμοσατῶν παραλαμβά-

3. Κάρῳ m. Καιρῷ G. 5. μετέχοντα om. G. ἐξ ὑπατείας P. 6. ὁ Καρῖνος ὁ G. 7. καταληφθεὶς G. 9. ὕπαρχον] Ἔπαρχον G. τοῦ om. G. 14. ιθ'] ιζ' m. 16. Vulgo Τμένεος. 17. Εὐσεβίου] Histor. eccles. VII, 27. 20. τῆς ἐπισκοπῆς G.

Aper, exercitus totius legato tyrannidem affectante vita imperioque privatur; verum infelice successu. Diocletianum enim Dalmatia oriundum, Cari castra diutius sequutum, robore praestantem virum et senatorum ordini adlectum, ac consulari quoque dignitate conspicuum exercitus Imperatorem praeficit. Ea tempestate Carinus Cari filius a patre in Persas bellum moturo Romae relictus agrestis omnino et intolerandam potestatem in Romanos exercens morabatur. Diocletianus porro imperium adeptus, Apro Numeriani interfectori mortem infert, Romamque regressus, Carinum nequissimis moribus imperio abutentem tollit e medio; optimusque quamdiu vixit iudicatus Romanis annis 20 imperavit.

Romae episcopus 28 Caius annis 15.

Antiochiae episcopus 17 Cyrillus annis 15.

Alexandriae episcopus 16 Theonas annis 19.

Hierosolymorum episcopus 38 Hymenaeus annis 12.

Ex Eusebii Pamphili ecclesiastica historia de Paulo Samosatensi et eius nequitia.

Interim Demetriano vita functo Paulus Samosatensis pontificatum susci-

νει. τούτου δὲ ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν φρονήσαντος, ὡς κοινοῦ τῆς φύσεως ἀνθρώπου γενομένου, ὁ μὲν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Διονύσιος παρακληθεὶς, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀφίκοιτο, γῆρας ὁμοῦ καὶ ἀσθένειαν τοῦ σώματος αἰτιασάμενος ἀνατίθεται τὴν παρου- D σίαν δι' ἐπιστολῆς τὴν αὐτοῦ γνώμην ἣν ἔχει περὶ τοῦ ζητουμένου παραστήσας. οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένες ἄλλος ἄλλοθεν ὡς ἐπὶ λυμεῶνα τῆς Χριστοῦ ποιμνῆς συνῄεσαν οἱ πάντες ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδοντες. τούτων οἱ μάλιστα διέπρεπεν Φιρμιλιανὸς μὲν τῆς Καππαδοκῶν Καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν, Γρηγόριος δὲ καὶ Ἀθηνόδωρος ἀδελφοὶ τῶν κατὰ Πόντον παροικιῶν ποιμένες, καὶ ἐπὶ τούτοις Ἕλενος τῆς ἐν Ταρσῷ παροικίας καὶ Νικομᾶς τῆς ἐν Ἰκονίῳ, οὐ μὴν ἀλλὰ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας Ὑμέναιος, τῆς ὁμόρου ταύτης Καισαρείας Μάξιμος ἔτι πρὸς τούτοις, τῶν κατὰ Βῶστραν δὲ καὶ οὗτος ἀδελφῶν δια-
V. 309 πρεπῶς ἡγεῖτο· μυρίους τε ἄλλους οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις ἅμα
P. 388 πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει συγκροτηθέντας ἀπαριθμούμενος· ἀλλὰ τούτων γε οἱ μάλιστα ἐπιφανεῖς οἵδε ἦσαν. πάντων οὖν κατὰ καιροὺς διαφόρως καὶ πολλάκις ἐπὶ ταὐτὸ συνιόντων λόγοι καὶ ζητήσεις καθ' ἑκάστην ἀνεκινοῦντο σύνοδον, τῶν μὲν ἀμφὶ τὸν Σαμοσατέα τῆς κακοδοξίας ἐπικρύπτειν ἔτι καὶ παρακαλύπτεσθαι πειρωμένων,

2. κοινοῦ] κοινῆς G. 4. ἐπὶ] εἰς G. ἀφίκοιτο P. ἀφίκοιντο G. 8. συνίεσαν G. 14. ὑμένιος A. Τμένιος G. 15. δὲ om. G. 16. Vulgo ἀπορρῆσαι. 19. διαφόρως om. G.

pit. Hic vili nimium et terram redolente sententia, ac si cum hominibus reliquis una fuerit ei communisque natura praeter receptam ecclesiae doctrinam de Christo dogma protulerat. Quare ut ad synodum convenerit rogatus Alexandriae praesul Dionysius senectutem viresque corporis infirmas causatus adventum differt, scripto vero propriam de re quaesitam opinionem exponit; pastores ecclesiae reliqui, alius aliunde, velut ad communem a Christi caula luem depellendam festinantes cuncti Antiochiam confluunt. Inter hos maxime praestabant Firmilianus Caesareae Cappadocum antistes, Gregorius et Athenodorus fratres ecclesiarum, quae sunt in Ponto pastores, quibus Helenus ecclesiae Tarsensis, et Nicomas Iconiensis episcopi adiuncti, Hymenaeus quoque Hierosolymorum, nec non Caesareae ei finitimae Theotecnus et Maximus insuper fratribus Bostrae civitatis insigniter praefectus; at licet aliorum, qui ad praedictam civitatem cum presbyteris et diaconis convenerunt multitudinem immensam vix emetiri dicendo quispiam possit; prae reliquis tamen hi maxime fuere conspicui. Cunctis igitur statuto tempore, redeuntibusque comitiis in locum eundem convocatis, dubia quaestionesque per conventus singulos agitabantur; et Samosatensis quidem sequaces depravatam eius vesaniam pro viribus tegere et oc-

τῶν δὲ ἀπογυμνούντων καὶ εἰς φανερὸν ἄγειν τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν βλασφημίαν αὐτοῦ διὰ σπουδῆς ποιουμένων. ἐν τούτῳ δὲ Διονύσιος τελευτᾷ κατὰ τὸ ιβʹ τῆς Γαλιηνοῦ βασιλείας πρὸς τὰς τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκοπῆς ἔτεσι ιζʹ. διαδέχεται δ' αὐτὸν Μάξιμος. Γαλιηνοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἐνιαυτοῖς πεντεκαίδεκα τὴν ἀρχὴν κεκρατηκότος Κλαύδιος κατέστη διάδοχος. δεύτερον οὗτος διελθὼν ἔτος Αὐρηλιανῷ μεταδίδωσι τὴν ἡγεμονίαν. B

Καθ' ὃν τελευταίας συγκροτηθείσης πλείστων ὅσων ἐπισκόπων συνόδου, φωραθεὶς καὶ πρὸς ἁπάντων ἤδη σαφῶς καταγνωσθεὶς ἑτεροδοξίαν ὁ τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν αἱρέσεων ἀρχηγός, ἐκ τῆς ὑπὸ τῶν οὐρανῶν καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύττεται. μάλιστα δ' αὐτὸν εὐθύνας ἐπικρυπτόμενον διήλεγξε Μαλχίων, ἀνὴρ τά τε ἄλλα λόγιος καὶ σοφίας ἀνάπλεως, τοῦ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Ἑλληνικῶν παιδευτηρίου προεστώς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ C δι' ὑπερβάλλουσαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως γνησιότητα πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος. οὗτός γέ τοι ἐπισημειωμένων ταχυγράφων ζήτησιν πρὸς αὐτὸν ἐνστησάμενος, ἣν καὶ εἰς δεῦρο φερομένην ἴσμεν, μόνος ἴσχυσε τῶν ἄλλων κρυψίνουν ὄντα καὶ ἀπατηλὸν φωρᾶσαι τὸν ἄνθρωπον. μίαν δὴ οὖν ἐκ κοινῆς γνώμης οἱ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συγκεκροτημένοι ποιμένες διαχαράξαντες

3. κατὰ τὸ Eusebius. Vulgo κατὰ τῷ. Vulgo Γαλιήνου et sic infra. 5. ὅλοις Eusebius. Vulgo ὅλοις τοῦ. 11. Ἀντιοχείας G. 13. εὐθύνων G. Vulgo ἐπικρυπτούμενον. 16. πρεσβυτερίου Eusebius. πρεσβυτέρου A. πρεσβύτερον G. 17. γέ τοι om. G.

cultam tenere conabantur; in adversum alii eius haeresin et in Christum blasphemiam denudare et ad lumen exponere studiosius contendebant. Interim Gallieni anno duodecimo Dionysius ecclesiam Alexandrinam annis septemdecim moderatus excedit e vita et Maximus successor subrogatur; Gallienum annis quindecim totis imperio potitum Claudius princeps excipit, qui anno secundo potestatem tenens eam Aureliano tradit.

Cuius temporibus postrema, qui convenire potuerint, episcoporum synodo coacta, suspectus ac iam manifesti erroris signifer et auctor convictus Antiochiae praesul, ab universa, quae sub caelo est, ecclesia condemnatur. Eum fallaciis quantumvis se integentem et involutum Malchion vir, cum alia scientia clarus, tum divina maxime sapientia illustris, qui ea tempestate Graecanicarum sive humaniorum litterarum scholam regebat, ac propter eximiam in Christum fidei suae sinceritatem presbyteri dignitatem obtinebat, summa sagacia arguit. Ille notariis excipientibus, quam ad haec usque tempora scriptis consignatam tenemus disputationem instituit et hostem licet argutum et veteratorem prae reliquis deprehendit. In unam itaque pastores ecclesiarum sententiam conspirantes, ad Dionysium

ἐπιστολήν, εἰς πρόσωπον τοῦ τε Ῥωμαίων ἐπισκόπου Διονυσίου καὶ Μαξίμου τοῦ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ πάσας τε διαπέμπονται τὰς ἐπαρχίας, τὴν αὐτῶν μὲν σπουδὴν τοῖς πᾶσι φανερὰν καθιστῶντες, καὶ τοῦ Παύλου δὲ τὴν διάστροφον ἑτεροδοξίαν ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις ἃς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι, καὶ ἔτι τὸν
D πάντα βίον τε καὶ τρόπον τοῦ ἀνδρὸς διηγούμενοι. ἐξ ὧν μνήμης ἕνεκεν καλῶς ἂν ἔχοι ταύτας αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος διελθεῖν τὰς φωνάς. Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· Ἕλενος καὶ Ὑμέναιος καὶ Θεόφιλος καὶ Θεότεκνος καὶ Μάξιμος καὶ Πρόκλος, Νικομᾶς καὶ Αἰλιανὸς καὶ Παῦλος καὶ Βωλανὸς, Πρωτογένης καὶ Ἱέραξ καὶ Εὐτυχὴς καὶ Θεόδωρος καὶ Μαλχίων καὶ Λούκιος καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ αἱ
P. 389 ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν. τούτοις μετὰ βραχέα ἐπιλέγουσι ταῦτα. ἐπιστέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρακαλοῦμεν καὶ πολλοὺς καὶ τῶν μακρὰν ἐπισκόπων ἐπὶ τὴν θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας, ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκῶν τοὺς μακαρίτας, ὧν ὁ μὲν καὶ ἐπέστειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας οὐδὲ

4. ἐλέγχους P. ἔλεγχον G. 11. Vulgo Ὑμένεος. 20. Καππαδοκιῶν G. 21. μὲν καὶ] καὶ om. G. εἰς τὴν] εἰς τὴν αὐτὴν G.

episcopum Romanum privatim, et ad Alexandriae Maximum, tum ad provincias reliquas litteras dedere communes, quibus studium in fidem suum, et aversam ab ea Pauli opinionem fraudulentam aperuere; et insimul argumenta, interrogationesque in eum motas, ad haec hominis mores et vitae institutum palam manifestum fecere; ex quibus voces istas posterorum memoriae commendandas praesenti loco percurrere iuvabit. Dionysio et Maximo et cunctis per orbem universum collegis, episcopis, presbyteris, diaconis, et universae, quae sub caelo est, ecclesiae, Helenus et Hymenaeus et Theophilus et Theotecnus et Maximus et Proclus et Nicomas et Aelianus et Paulus et Bolanus et Protogenes et Hierax et Eutyches et Theodorus et Malchion et Lucius et reliqui omnes, qui finitimas civitates et nationes incolunt episcopi et presbyteri et diaconi et ecclesiae dei; dilectis fratribus in domino: salutem. Paucis mox praemissis subiungunt ista. Una cuncti scribimus et episcoporum a nobis dissitorum plures remedio pestiferae huiuscemodi doctrinae ferendo precibus sollicitavimus, inter quos Dionysium Alexandriae et Firmilianum Cappadociae praesules B. memoria dignos recensemus; quorum ille quidem litteras Antiochiam misit, ne salute quidem erroris auctori impertita, vel aliis ad eum privatim datis,

πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ, ἧς τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν. ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος κατέγνω μὲν τῶν ὑπ᾽ ἐκείνου καινοτομουμένων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνίσασιν, ἐπαγ- V. 310
γειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι, πιστεύσας καὶ ἐλπίσας ἄνευ τινὸς B
περὶ τὸν λόγον λοιδορίας τὸ πρᾶγμα εἰς δέον καταστήσασθαι ἀνεβάλλετο, παρακρουσθεὶς ὑπὸ τοῦ καὶ τὸν θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ κύριον ἀρνουμένου καὶ τὴν πίστιν ἣν καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε μὴ φυλάξαντος. ἔμελλε δὲ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διαβήσεσθαι, καὶ μέχρι γε Ταρσὸν ἧκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου κακίας πεῖραν εἰληφώς. ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνεληλυθότων καὶ καλούντων καὶ ἀναμενόντων, ἄχρις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔσχε τοῦ βίου.

Μεθ᾽ ἕτερα δ᾽ αὖθις τὸν βίον αὐτοῦ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς διαγράφουσιν ἐν τούτοις. ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄν- C
τος τὰς πράξεις κρίνειν, οὐδ᾽ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχὸς καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν, μηδὲ ἐκ τέχνης ἢ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενος, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφοὺς καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους, καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ, ψευδόμενος δὲ καὶ τούτοις καὶ

6. καταστήσεσθαι G. 11. κακίας] αὐτοῦ κακίας G. 15. ὅπου Eusebius. Vulgo οὔπω.

sed ecclesiae duntaxat toti scripsit, quarum exemplar inferius subiecimus. Alter autem, nempe Firmilianus bis huc accessit, et ficta eius opinata (quemadmodum nos qui aderamus et alii plures nobiscum testantur) proscripsit, Paulo vero a sententia defectionem pollicenti fidem praebens, remque omnem controversam absque ullis contumeliis componendam ratus, differebat iudicium; et hoc pacto ab eo, qui deum suum et dominum negaverat et fidem prius acceptam deseruerat, deceptus est. Firmilianus Antiochiam venturus erat, et usque Tarsum iam profectus, perduellis in deum et fidei desertoris perfidiam expertus est. Eo loci dum convenimus, advocamus, et adventum eius praestolamur, excessit e vita.

Et aliis rursum interiectis, Pauli vitam quibus institutus deturpata fuerit, describunt. Quo vero pacto desertis ecclesiae regulis ad falsa et adulterina commenta tuenda diverterit, cum iam ecclesiae sit exsors, nil referre attinet, neque quod in angusta re familiari, nullas a parentibus facultates nactus, nullius etiam artis vel industriae peritus rerum omnium copia nunc abundet, ut rapinis et sacrilegiis, vel a fratribus nonnihil exigens, vel eorum crumenas excutiens ditescat, et oppressorum vindicem et opem pretio interposito laturum pollicitus, cunctos deludit mendaciis;

μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων πορισμὸν ἡγούμενος D τὴν θεοσέβειαν, οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος, καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι, καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων· ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος, τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δ' ἑπομένων πολλῶν τὸν ἀριθμὸν, ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι, μισεῖσθαί τε διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφάνίαν τῆς καρδίας, οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερθρείαν ἣν μηχανᾶται δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιού-P. 390 τοις ἐκπλήττων, βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητὴς, ἀλλ' ὡς Ἀντιχρίστου πρόδρομος καὶ μιμητὴς, σέκρετον δὲ ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες ἔχων τε καὶ ὀνομάζων· παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδὲ ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις, τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ

2. ὑπεραπαλλαγεὶς A. πορισμῶν A. 3. ὑπερήρτηται G. 8. καὶ μισεῖσθαι P. μιμεῖσθαί τε G. 9. τὴν om. G. 12. ἑαυτῷ om. G. 13. οὐχ ὡς — πρόδρομος addidi ex A. Priora οὐχ — μαθητὴς etiam ex P enotata sunt. 14. ἔχοντες P. 15. τῇ om. G. 16. ἐπαινοῦσι AP. ἐπινοοῦσι G. 17. ἐκβοῶσι P. ἐκ τῶν βοῶσι G. τε om. G.

multaque nummorum accessione sibi facta, ex dandi facilitate, qua qui negotiis occupantur ferri se sentiunt, ipse molestiis eorum (ita pietatem lucrum arbitratur) solerter se expedit, vel quantum insolescat et mundi dignitates affectet et ducenarius potius ambiat, quam episcopus vocari, ut per fora plateasque vagetur, hic legat litteras, ibi responsa iubeat, atque procedens in publicum adeo copioso cum praeviorum tum sequentium satellitio stipetur, ut propter ejus arrogantiam et cordis elationem in invidiam trahatur fidei nostrae sinceritas, nihil opus est commemorare. Ad haec onerosum est dicendo persequi praestigias omnes, et excogitatas illecebras, quibus sola gloriola vanaque laudis imagine sibi proposita simpliciorum captat et devincit animos. Tribunal quidem et excelsum thronum, non in Christiani discipuli morem, quin immo ad terrenorum magistratuum instar secretum etiam ab eo nuncupatum, paravit; et nunc quidem femore manu percusso, nunc tribunali pedibus pulsato, eos qui dicenti non applauserint ac velut in theatro agitatis sudariolis non acclamaverint, vel qui una cum factionariis homuncionibus et mulierculis eius latera incomposite stipantibus non exsilierint, eos, inquam, qui modeste

θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων, καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παραινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου, φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ καὶ μεγαλορημονῶν περὶ αὐτοῦ καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης· B ψαλμοὺς μὲν τοὺς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν, συγγράμματα εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν, οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν τε καὶ πόλεων καὶ πρεσβυτέρους ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι διαλέγεσθαι. τὸν μὲν γὰρ υἱὸν οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, (ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν, καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' V. 311 C ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν) οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι. καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος. τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτῷ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ

2. τούτου P. τοῦτο G. παροινῶν G. 7. δὲ A. καὶ G. 14. δείκνυται P. δεινοί τε G. 15. δὲ om. G. 16. ἄγγελον P. ἄγγελοι G.

et cum ordine, prout in dei templum convenientes decet, aures praebuerint, probris et contumeliis onerat. Ecquid in divini verbi expositores vita iam functos petulanter effutiit, quantum in se publice laudando onerosus, quantum nomini proprie extollendo, non ut episcopus, sed ut circulator frequens sit et ingerat fastidii, referemus? Psalmis in domini nostri Iesu Christi res gestas collimantibus repudiatis, quasi nupere inventis vel nupero stilo conscriptis, ipse in ecclesiae coetu, ipso solemni paschatis die, leves in proprium nomen cantilenas, (quas si quis audiat, perhorrescit), mulierculas praecepit modulari; et quaedam alia de industria composita finitimorum agrorum et urbium episcopos et presbyteros sibi abblandientes habitis ad populum concionibus recitari permisit. Porro filium dei a caelis descendisse nobiscum fateri renuit, (proferamus enim etiam num quod uberius expositurі sumus, quamvis fidem non nudis solum verbis, sed ex monumentis, quae iam misimus, quasi copioso argumentorum agmine confirmemus, ubi maxime ab istis infimis Christum originem duxisse opinatur), ex adverso vero qui cantibus audiente populo laudes eius personant, impium doctrinae propriae magistrum velut angelum e caelo delapsum praedicant. Haec porro tantum abfuit, ut prohiberet, quin immo ex gloriolae cupidine recitata praesens approbavit. Quas autem ad cohabitandum mulieres, Inductas Antiocheni nuncupant, aliasque in presbyterorum et dia-

τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει συνειδὼς καὶ ἐλέγξας, ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχει, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔρ- D γοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ, ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν, ἐφ' ὃ πρὸς ταῦτα ζηλούντων φιλεῖται καὶ θαυμάζεται, τί ἂν ταῦτα γράφοιμεν; ἐπιστάμεθα δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων τῶν καλῶν ἔργων, καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον, οἱ δὲ ὑπωπτεύθησαν, ὥστε εἰ καὶ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ P. 391 τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι μή τινας σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψῃ. πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυναικὶ μὴ ὀλίσθῃ φυλαττόμενον, ὡς γέγραπται, ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει; καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιπλάμενος, ὧν ἕνεκα στενάζουσι μὲν καὶ ὀδύρονται πάντες καθ' αὐτούς· οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηνται ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾶν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς προειρήκαμεν, εὔθυνεν ἂν

4. ἐφ' ὃ] ἐξ ὧν G. 14. Vulgo ἰολίσθῃ. ὀλίσθῃ A. ὡς accessit ex P. 16. ἀπίῃ Eusebius. ἀπείῃ P. ἀπῄν G. 18. ὀδύρωνται A. πάντες add. P. 20. εὔθυνεν Eusebius. Vulgo εὐθύνειν.

senorum contuberniis retentas, quorum criminum vel aliorum a medela certe longe positorum ipse conscius, alios in delictis, quae gestis verbisque perpetrat, deprehensos nulla tenus redarguit, (sed neque ipsi poenae sibi impendentis metu episcopum accusare ausi sunt), imo ut muneribus delinivit, ita vicissim apud horum sectatores in pretio est et admiratione, quid verbis referre necesse est? Hoc certe, dilecti, constat, episcopum et sacrum omnem coetum bonorum omnium operum exemplar populo propositum; neque nos latet aliquos ex tali mulierum societate lapsos, alios in criminis suspicionem venisse; quare quivis licet concedat, nihil eum impuritatis contrahere, suspicionem nihilo secius ex huiusmodi consortio natam, ne quosdam in ruinam impelleret, revereri; alios, ut virtutem imitarentur exemplis hortari necesse fuit. Qua namque fronte reprehendet alium vel admonebit, ne familiari cum muliere utatur convictu, ut iuxta scripturam etiam sibi cavens non labatur, qui nimirum unam legitimam ablegat, alias tamen duas aetate floridas, facie liberales adsciscit? Si eam abesse domo contingat, secum circumducit? Et haec quidem fastu plenus et iactabundus exerceat, quorum causa secreto gemunt cuncti; adeo vero hominis potentiam et atrocitatem pertimescunt, ut nullus in eum causam dicere audeat. Et haec quidem, ex praemissis, viro mentem habenti catholicam

τας ἄνδρα τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα καὶ συγκαταριθμούμενον ἡμῖν. τὸ δὲ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύσαντα B τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ (τί γὰρ οὐ χρὴ μάλις τὸν πατέρα αὐτοῦ δηλῶσαι;) οὐδὲ δεῖν ἡγούμεθα τούτων τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν. εἶτ' ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς ταῦτ' ἐπιλέγουσιν· ἠναγκάσθημεν ἀντιτασσόμενον αὐτὸν τῷ θεῷ καὶ μὴ εἴκοντα ἐκκηρύξαντες, ἕτερον ἀντὶ αὐτοῦ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον θεοῦ προνοίᾳ, ὡς πεπείσμεθα, τὸν τοῦ μακαρίου Δημητριανοῦ καὶ ἐπιφανῶς προστάντος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροικίας υἱὸν Δόμνον πᾶσι τοῖς πρέπουσιν ἐπισκόπῳ καλοῖς κεκοσμημένον. ἐδηλώσαμεν οὖν ὅπως τούτῳ C γράφητε καὶ παρὰ τούτου τὰ κοινώνικὰ δέχοισθε γράμματα, τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ οὗτος ἐπιστελλέτω. καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες τούτῳ κοινωνείτωσαν.

Τοῦ δὴ οὖν Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἀποπεπτωκότος Δόμνος, ὡς εἴρηται, τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας διεδέξατο. ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θελήσαντος, βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφε, τούτοις νεῖμαι προστάττων τὸν οἶκον, οἷς οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ

1. ἄνδρα] τὸν ἄνδρα G. 3. τῇ Ἀρτεμᾶ] τοῦ Ἀρτεμᾶ G. 7. εἴκοντα] ἥκοντα G. 12. δέχεσθε G. 13. οὗτος] οὕτως G. 15. δὴ] δὲ G. καὶ τῇ] τῇ καὶ G. 19. ἐνταχθεὶς G. περὶ τοῦ] περὶ τούτου τοῦ G. 21. οἱ om. G.

uniusque nobiscum gregis corrigendo sufficerent; ab eo vero, qui mysterium fidei prodiderit, et de exsecranda Artemae haeresi visus fuerit ovare, (nihil enim eius patrem enunciare moror), rationes huiusmodi exposcendas nequaquam arbitramur. Ad calcem tamen epistolae subiungunt. Paulum sane deum ipsum hostiliter aggressum, nec, cum advocatus fuit, ad nos accedentem abdicavimus; alium vero ad dei placitum, ut opinamur, episcopi vices in ecclesia catholica subiturum Domnum, videlicet Demetriani felicis memoriae ante Paulum hanc eandem ecclesiam cum honore moderati filium, virum cunctis, quas in episcopo desideramus, virtutibus ornatum subrogavimus. Id vobis ideo significavimus, ut ad eum scribatis et mutuas ecclesiasticae communionis litteras testes reportetis. Ad Artemam, si lubeat, Paulus det litteras, Artemae sequaces, Artemae communionem quaerant. Et ista quidem hic scripta sint.

Paulo igitur fidei sincerae et episcopatus exsorte, Domnus, ut praemissum, Antiochenae ecclesiae suscepit onus. Ecclesiae vero aedibus Paulo cedere detrectante, Aurelianus Imperator sententiam dicere rogatus, quid facto opus, sanctissime pronunciavit; ei domum assignandam, qui-

D δόγματος ἐπιστέλλοιεν. οὕτω δῆτα ὁ προδηλωθεὶς ἀνὴρ μετὰ τῆς ἐσχάτης αἰσχύνης ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας.

1. οὕτω] οὕτως G. 3. ἕως ὧδε συγγέλλου in fine addit P.

